M

DYNI
MVXELLANI
I. V. DOCTORIS CELEBERRIMI
COMMENTARIA,

In Regulas Iuris Pontificij.

Cum solitis Additionib. D. NICOL. BOERII *Regij Consiliarij et Præsidis in Senatu Burdegal. & aliorum.*

Nunc primùm à M. D. LEONARDO à LEGE Iuriscon. Mantuano recognita, & ab infinitis propè mendis, quibus vndique scatebant, repurgata: & in plurimis non solùm vocibus, sed etiam orationibus, quæ passim deficiebant in textu truncato, mutilo, & intelligibili redintegrata, suæque claritati & perfectioni restituta.

Repurgatis etiã aliquorũ Additionibus, quę piorum aures offendebãt.

Cum locupletissimo Indice rerum omnium memorabilium.

VENETIIS, Apud Cominum de Tridino. 1572.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI DOMINO D. GVLIELMO DE CAMERACO,

Bituricen. Archiepiscopo, & Aquitaniæ Primati,

NICOLAVS BOERIVS Iuris vtriusque licentiatus, ac nepos tuus salutem plurimam dicit.

QVOTIES, Reuerendissime pater, memoria repeto cuiuscunque ordinis & dignitatis viros qui in orbe cum laude & gloria versantur, toties tu mihi præcipuus videris, quem omnes in primis admirari, deinde colere & obseruare debeant. Nec est quòd mihi quispiam iure succenseat, si te præ cæteris admirandum excolendumq; proposui. Nam præter innumeras virtutes, quibus per omnes ætatis gradus floruisti, constat te vnicum esse bonitatis & probita-

tis simulachrum. Optimorum tu doctissimus, tu idem doctissimorum optimus es. Summa vir integritate, vita omnibus numeris bene instituta omnium consensu Optimi cognomentum es assecutus: quod olim senatus Parisiensis Parlamenti anni xxx. Consiliarij officium tibi à diuis Francorum principibus condonatum exercuisti: non minus inter cæteros prudentia animi, & fidei integritate, quàm linguæ facundia spectatus es, & charus, & omnibus locis fidelis. His tandem tuis meritis Metropolitana & Primitiali dignitate (licèt profectò multo maiora meruisses) decorari meruisti. Siquidem naturæ & fortunæ bona in te cumulatim congesta conspiciuntur. Quid etsi antiquissima familia procreatus, voluisti tamen inclyta virtute tua eam illustriorem, ac per cunctas Franciæ oras celebriorem reddere. qui postea quàm ad Bituricen. adipiscendæ dignitatis causa conuolasti, multos humanitate tua populos tibi deuinxisti. Quid referã quòd liberaliter apud eos per multos annos hucusque exceptus fueris, vt omnes illius vrbis ciues ita deuinxeris, vt vel ob hoc plurimum tibi debere fateantur. In tanta enim dignitate constitutus nihilò creuisse videris. Idem corporis cultus, idem habitus, idem incessus, conuersatio eadem, nisi inquantum

vrgentia

vrgentia Archiepiſcopalis dignitatis negotia impediunt. Tu ab inuidiæ,& liuoris labe adeo abhorres, vt nihil deteſtabilius & homine libero indignius ducas. Proſpera cuiuſcunque fortuna lætaris, doles aduerſa. Omnibus bona & optas & precaris. Neminem maleuolentia aut ſimulate criminatus. Multa præterea præclariſsima facinora egiſti, quæ ſi commendare inceſsiſſet voluntas, non epiſtolicus, verùm oratorius character attendendus eſſet. Vt igitur meam erga te obſeruantiam etiam poſteris teſtatam relinquerem, & hæc Dyni de Muxello iuriſconſulti excellentiſsimi Commentaria incorrecta compererim, dedi operam vt accuratè caſtigata,& additiones per me aditæ ſub feliciſsimo nomine tuo in medium publicarentur, milleque exemplaribus impreſſoria arte formata in varias regiones circunferrentur. Quocunque enim peruenerint, mei erga te præcipui cultus,& meæ erga te beneuolentiæ teſtimonium ferent. Incolumem te,& mei memorem CHRISTI Domini clementia teneat. Vale.

INDEX

COPIOSISSIMVS IN COMMENTARIA D. DYNI MVXELLANI

In Regulas Iuris Pontificij, omnia quæ scitu digna sunt, complectens, cuius primus numerus paginam, mox sequens notas arithmeticas marginales denotat.

Captus

Condi-

Electio

Exce-

G

H

DYNI MVXELLANI I. V. DOCTORIS in regulas Iuris Pontificij

PROHEMIVM.[a]

In prooemium. Argumenta.

1 *Bonifacius Papa octauus quibus epithetis ab ipso Dyno insignitus.*
2 *Regula dicitur quae rem quae est, breuiter enarrare inuenitur. & nu. 12.*
3 *Occupanti quae res concedantur.*
4 *Regula & generalis esse, & omnia comprehendere debet.*
5 *Verba indefinita uniuersalibus sunt aliquando aequipollentia.*
6 *Marmore legato uenit rudis materia marmoris.*
7 *Indefinita quando uniuersali non aequipolleat.*
8 *Indefinita negatiuè prolata, uniuersali negatiuae aequipollet.*
9 *Regula an & quando sit iuris constitutiua.*
10 *Ius an praecedat regulam an uero contra.*
11 *Regulae officium quod sit. & nu. 15.*
13 *Exceptio an & quando de regula esse dicatur.*
14 *Species quae de genere accipitur sub genere non continetur.*
16 *Exceptiones regulam impedire quando uerum.*
17 *Specialia generalibus inesse, qualiter intelligendũ.*

a Procemium est considerandum tanquam causa finalis. no. Bal. in l. vt liberis. colũ. j. C. de col. & in l. fi. col. j. ff. de hęre. insti. vbi dicit illũ text. de iure meliorem ad hoc q; pręfationes & procemia probant causam finalem. Nã ex verbis procmij colligitur mẽs disponẽtis. ita dicit per illum tex. Panor. in c. aduersus. de immuni. eccle. & Bartol. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. fac. Bar. et Bal. in l. regula. cũ ibi apost. ff. de iur. & fact. ignio.

PRAEMISSIS casibus singularibus, & eorum determinatione in praecedentibus titulis singulariter intellectas, quia non est nouum vt quod sparsim propositum est, ad regulam reducatur, quae compendiosa narratione om-

a Adde, ꝙ in legibus tradentibus regulam, nihil superfluũ esse debet. Bal. in l. Gallus. §. j. in iij. opposi. ff. de libe. & posth. per tex. in d. l. i. ff. de reg. iur. hic alleg.

b Adde. Breuitas enim commendatur. l. fi. §. i. C. de appe. & in l. finali. C. de donat. & facit text. in l. i. in prin. ff. de off. præfect. præto. & dicit glo. in l. j. ff. qđ met. cauſ. quod gaudent breuitate moderni; intellige dummodo ex tali breuitate obſcuritas non inducatur. no. Bald. in d. l. fin. C. de appel. quia vt dicit Hora. Obſcurus fio, dum breuis eſſe laboro, & no. in proœm. ff. verb. cõpendium. obſcuritas enim reprobatur in l. ſi legatario. §. fina. ff. de fidei-commiſſ. liber. in l. ita fidei. ff. de iure fiſc.

c Vide ibi Batt. & Mod.

nia diffusè tradita comprehendat. vt ff. co. l. i. & ad
legẽ Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. [a] Ideo a
dominus noſter ſummus Pontifex, videlicet Do.
Bonifacius † Papa viii. lux mundi, regula morũ, ec 1
cle. doctor, & patriæ honor, & Iuris illuminator,
poſt præcedẽtes tractatus poſuit titulũ de Regulis
Iuris, in quo ſub breuitate [b] verborũ colligit ea quę b
in aliis partibus iuris per verba plura & varia diſſe-
runtur. Cuius occaſione videnda ſunt quinq; cõ-
munia omniũ regularũ: quia fortè per Gloſſatores
iuris Canonici & Ciuilis cõfusè in l. j. ff. co. Primũ
eſt, qualiter regula diffiniatur. Secundum, quali-
ter conſtituatur. Tertium, quæ ſit regulæ poteſtas.
Quartum, quod ſit officium regulę. Quintum, an
exceptiones intelligantur eſſe de regula. † Cir- 2
ca primum dicendum eſt, quòd regula eſt, quæ rẽ,
quæ eſt, breuiter enarrat. id eſt ius alias in variis
partibus iuris conſtitutum, breuiter recitat, vt pa- c
tet. ff. co. l. i. in princ. [c] † Vt ecce ſingulariter conſti 3
tutum

Et quæ differentia eſt inter generale, & regulare. Quia generale dicitur id quod infallibiliter eſt verũ. Reg. quod in aliquibus caſibus fallit, vt not. Card. Alex. in capit. ſynodum. colum. i. in fi. xvij. diſt. & vide tex. cum ibi not. in capitu. venerabilem. in princip. de elect. & text. in capit. quæro. vj. quæſt. j. vnde dicit Philoſophus v. Et hic, quòd licet lex ſit regula, tamen debet eſſe plumbea, propter duritiem, cum lapides interdum non poſsint ſic dolari vt æquentur aliis quæ ſunt in ædificio. Imo valet plumbea regula, vt in illa recuruetur, & denuo redeat ad rectitudinem. Ita in lege eſt: occurrunt enim aliqui caſus particulares, in quibus legis rectitudo ſeruari non poteſt, in illa opus eſt flectere & incuruare regulam per diſpenſationem, refert & ſequitur Cardina. Alexand. in cap. regula tertia diſtinctio. Et lex eſt quædam regula deriuatiua, & ducta a ratione recta ſecundum S. Thomam. in j. ij. quæſtio. xc. articu. primo & in tertia diſtinctio. xii. de quo vide fratrem Oliuerium Maillardi in ſermone 47. L ominicæ paſsionis. in q. theologali. Et regula dr̃ virga, i, q. iiij c eccleſia. §. item peccaro.

Item

Item sumitur pro iure communi.lviii.dist.c.i.Item pro regula ecclesiastica.lxvii.dist.c.quoniam, & i.q.iii.c.saluator. versi.alioquin.Sed an regula præstet auctoritatem arguendi, sicut lex, vide glo.quam faciunt singularem Bal.Lud.Bolog.in suis secundis nouis interpret.in l.i.C. et ob chirog.pecun.& Bal.in c.quod sicut.de elect.& facit glo. in rubric. ad leg. Iul. de adult. & in l.i. ff.de sta. ho. & text. supra in proœm. Item dicitur regula, eo quòd recte regit, vel normã recte viuendi tribuit, vt d.c.regula,& ibi Car.Alex.& c.multos. in fi.liiij.dist.& vide Alb.de Rosate in dictionario suo. in littera. regula.& Ioã.And.hic plene,in gl.ordin.& Doc.Mod.insup Pet.d Anch.

a tutum est, vt pisces a occupantibus cedant, quia nullius in bonis sunt. Item lapilli in littore maris inuenti, occupantibus cedunt, eadem ratione quòd nullius in bonis sunt. Itẽ aues eadem ratione quia nullius

a Adde quãdo licitum sit piscari in flumine publico, vel priuato.tex. Bar.& Ang.in l.iniuriarum.§.si quis.ff.de iniur.Ioan.Fab. Christoph. Porc.& Ang.Aret.in.§.flumina.instit.de rer.diuis. & Bar.in l.fina. de vsucap.Bal.in rubr.ff.de rer.diuis.& in l.item lapilli.col.i. eo.tit.& glo.in l.si quisquam.ff.de diuers.tempo.præscri. &pulchre Card.Alex. in c.i §.si quis.de mãsor.de controuers.inuest.& an aucupari & venari sit permissum, vel p Doct.supra alleg.& in l.diuus.ff. de seruit. rustic. præd.& Ang.Aret.in.§.feræ.instit.de re.diuis.sed hodie secundũ Card. Alex.in c.ius naturale.col.penul.i.dist.de conue.per quam tollerentur garen.videtur quod in garenna aliena capiens non faciat suum,sed tenetur restituere domino, & hoc probat:quia si inhibitio facta fuisset p iudicem maxime cum causæ cognitione tunc capiens rem cœptam non facit suam.arg.l.qui fundum.§.qui sciens.ff.pro empto. nam prohibitio iudicis impedit dominii translationem,& forsitan acquisitionem. facit quod no.Inno.in c.fi.de accus.multo fortius lex consuetudinaria, quæ magis potest interdicere dominii translationem, vt ff.de iurepat.l. si liberius.de agric.& censi.l.quemadmodũ.& Bar. & Io.de Pla.in l.vna. de venã.ferarum.lib.xi.& singu.decis.p rlamenti Gratianopo.Delphina.q.228.& in addit.& quæ dixi in lib consuet. Bituri.§.10. de consuet. prædiorum. quod no perpetuo.itẽ no. licet ratione lucri cessantis possit peti regulariter interesse.quod no.tu mercator pro te,vt l.iij.§. fi. cum ibi no.ff.de eo quod cer.loco,& per Dyn.in regula, mora sua.infra eo. & Fely.post Abb. in c.cum venerabilis.de exc.de quo late Lud.Ro. l.si constante.§.fi.ff.sol.matr. & diffuse Bal.in l.vna.C.de sent quæ pro eo quod interest. & Bar.Io.de Pla. in l.i.de colleg. il ci.lib.11.tamẽ hoc est verũ,præterquã in piscatore, & venatore,a quibus non potest peti aliquod interesse ratione talis lucri cessantis. tex. est in l. quemadmodũ.§.idemq; Labeo & Proculus. ff.ad leg. Aquil. quẽ pro singulari ad hoc propositũ allegat Lud.Ro.in suo sing.63 in verbo,tu habuisti & rõ est in tex.quia incertũ est an caperẽtur ab eo pisces,vel aues,seu volucres. Ideo non potest haberi ab eis ratio lucri illius cessantis.idem

tenet Lud. Bolog. in suis primis nouis interpreta. in d. §. idemque Labeo. Venatio & aucupatio quo differant, vide Abb. in cle. j. de statu monach. & ad no. supra in prin. vide Bar. in l. 3. ff. de acq. rer. do. & Io. de Plat. in l quosdã. ver. quid autẽ. de naufrag. lib. xj. & Ang. in consi. 260. col. 1.

a Adde ꝙ bestiæ appellatione continetur solum fera non mansueta, nisi consuetudo regionis sit in contrarium, vt not. Bart. & ibi Alex. in addit. in l. i. §. bestias sub. §. remouet. ff. de postul. & Math. de Mar. in suis notab. & ibi vide an asinus contineatur. Et not. ꝙ appellatione bestiarum cõprehenduntur animalia terrestria tantum, nec includuntur aues & pisces. ꝙ no. propter statuta, quę dicunt qd de bestijs et animalibus soluatur tantum pro gabella, quia si dicerent de animalibus, includerẽtur pisces & aues, secus si dicerent de bestijs, vt not. Car. Alexan. in c. 6. dist. 35. per glo. ibi iuncto tex. Volui etiam & nunc allegare Marsi. no 96. incip. no. vnum mirabile. de quo per Fely. post Panor. in procem. Decret. col. 3. in glo. j. vbi meminit de math. Sed tu limita vt per Rom. sing. 427. incipit communis doctrina. & quod ibi ponit.

nullius in bonis sunt. Item feræ bestia [a] quia nullius in bonis sunt, occupantibus conceduntur: vt ff. de rer. diuis. l. quædã. & de acq. pos. l. j. circa princ. & instit. de rer. diuis. §. itẽ feræ. & ff. de acq. rer. do. l. 3. & l. naturalem. & ex his casibus singulariter determinatis, & ad eandem rationem determinationis pertinentibus constituitur regula generalis, illa videlicet, Quod nullius in bonis est, id naturali ratione occupanti conceditur: vt ff. de acq. re. do. l. 3. in prin. † Circa secũdũ, scilicet qualiter regul. [b] cõstituatur. Dicendũ est ꝙ regula debet esse generalis & omnia comprehendere, quia constituitur per ea verba quę sui natura omnia comprehendunt, id est per signa vniuersalia affirmatiua, quæ affirmando omnia comprehendunt. vt patet. ff. eo. l. omnis diffinitio. & l. omnes actiones. & l. omnia fere. & l. omnia quæcunque. Item per signa negatiua, quæ vniuersaliter negando omnia excludunt, ut infra eod. c. nullus pluribus. & c. nullus ex consi. ff. eo. l. nemo. & l. nullus. † Itẽ p verba indefinita quæ iuristæ simpliciter dicit æquipollere vniuersalibus. ç 18. dist. c. si

a
4
b
5
c

b Adde Bar. & Doct. in l. j. ff. eo. Alberic. de Rosa. in opere suo statutorum. in j parte q. 3. & dic per Pet. Ancha. & Doct. Moder.

c Adde Bar. in dispu. sua incip. per Italiam. Bar. in l. si plurib. & ibi Bald. ff. de leg. 2. & Iaco. de Bello. in l. si necessarias. ff. de pign. act. & Bart in l. j. ff. eo. & in l. si ita. ff. de leg. ij. vbi dicit, ꝙ indefinita est, quãdo ponitur terminus cõis sine aliquo signo, vt homo, & ibi vide de vniuersali & sing. & adde Ioan. And. in c. vt circa. de elect. supra eo. super verbo, aliorum. & Bal. in l. ij. ff. de lib. & posth. & ibi aliquid per Ang. & Lud. Bolog. in l. si plures, ff. de leg. 3. in secundis interpret. & Bal. in l. fin.

l.fi.§.in cõputationẽ.C.de iure deliber.& in c.j.de pace iura.fir.& Alex. in d.l.iii.de lib.& posthum.& Abbas Sicul.in cap.auditis. de præscri. & Bart.in l.j.§.sed & si certum.ff. de ven. in poss.mittendo. Alberi.de Rosa.in d.l.si plurib.de leg.iij.& in Dictionario suo,in verbo,indefinita.& ibi Io.Bap.in addi.& Paul.de Cast.in consi.ccclv. in antiquis.& pulchre Felyn. in d. c. auditis. de pscr. col.33. ver.gusta ẽt.& Pet. de Ancha. hic in 5.col. & Dyn.in regula. exceptionẽ o bijciens. infra eo. & Bald. in cõsi.clxxi.lib. j.et per Philip. Fran.hic col.ij. & infra c. cum multis.nu.1. & ibi dixi in apostil.in versi.indefinita. de rescrip.dixit etiã in apost. ad Panor.in c. fin.in versi.Oldra.de con.leprof. notaui in l. si ita in apost. i ver. indefinita.ff.de leg. ii.& in apost.ad Bar. post Alex. & alios in l.si pluribus.per istum alleg.col.ij.versi.quæro vtrum hoc sit verum. in versi. indefinita.ff.de leg.ij.not.Oldrad.consi.c.incip.in executione. & consi. clxxii.& alleg.25.volu.4.

c. si Romanorum. & c. quia circa de priuil.& ff. de
off.præfect.vrb.l.j.§.cum vrbem. & de leg. præst.
l.j.§.gñaliter.& C.de hær.ven.l.fi.& ideo quasi oẽs
regulę per hunc titulũ traditæ(paucis duntaxat ex-
ceptis) tradũtur per signa indefinita,(aliquãdo affir
matiua,aliquãdo negatiua. Tamẽ falsum videtur ꝙ
indefinitá æquipolleat vniuersali , etiã secũ dũ iura:
quia si lego alicui omne marmor , vniuersaliter vi-
deor legare & statuas marmoreas,& cæteras species
de marmore factas.vt ff.de leg.iij.l.hæres meus.§.j.
6 & ff.de aur.& arg.leg.l.i.† Et tamen si legetur mar-
mor indefinite,comprehenditur in legato sola rudis
marmoris materia,& nõ species de marmore facta:
vt ff. de leg.iij.l.quæsitum.§.illud fortasse. Item si
lana legetur indefinite , lana tincta non continetur
a in legato,vt ff.de leg.iii.l. si cui.in princ.[a] Et tamẽ si
legetur omnis lana vniuersaliter, etiam tincta cedit
in lega.vt ff.de aur.& arg.leg.l. pediculis.§. Labeo.
ergo

a [a]Adde quid veniat appellatione lanæ. Bart. in l. si cui de leg.iij. hic alleg.& in l.Pediculis.§.Labeo.ff.de auro & argen.leg. & ibi Alexã. in addi.& ibi habes quid venit ẽt in legato pannorũ lini & lanæ.& vide Bar.in l.v.in prin.de auro & arg.leg.& Bal.in rub.C.de verb.sig.

Dic ẽt ꝙ lanæ app.venit ẽt nõ separata a pellibus animalium mortuorum,& ipsa etiam pellis cui hæret. si propter lanam principaliter habeatur,non si a diuerso,vt no.Bar.in l. lana & in alleg.l. si cui lana. ff.de leg.3.Itẽ venit sericum,l.j.C.quę res ven.non possint. Nec omitto vnũ valde not.quod lana dicitur fructus industrialis.vt not.Bart.in l.& ex diuerso.ff.de rei vẽd.& in l.sequitur.§.lana.ff.de vsuc.& in .§.si quis a non domino.per glo.insti.de rer diuis. quod facit ad hoc ꝙ lana cedat emptori bonę fidei,ꝙ nõ esset si esset fructus naturalis,secũdũ Bar.in d. §.lana,& in l. & ex diuerso,& not.Bal.in l.j.C.de vsu & vsufruc.leg.

a Adde quod indefinita ęquipollet vniuersali collectiue, non autem distributiue per tex, in d.l.si pluribus.ff.de leg.ij.sing. secundũ Bal. in sua Margarita, ad Inn.l.in verbo, indefinita, ad hoc bene facit glo.j. in d l. si pluribus.& fac.tex.in l.si ita relictum.in prin.ff.eo. & vide Alber, de Rosa.in l.de pupillo.§.qui nunciat, ff.de oper.nou.nuncia.

b Adde Bar.i d.l.i.etibi Doc. ff.e.tit. & Alb. de Rof. ĩ d.ope re statu.in j.par te.& Ioã.And. & Pet. de Anchar.hic & per Fel. post Abb. Sicu. in c. quoniam frequen ter.in princ. vt lite non cont.

c Nota φ regula Catoniana est regula iuris quia ius de nouo constituitur, sed Io. And.tenet hic contrarium, φ regula Caton. non sit regula iuris per rationem Dyn. sed Bar.concordat eos in l.i. col.8. versi.his præmissis.ff.de regu. Caton.& adde an reg.Caton. habeat locũ ĩ legatis inutilibus.& gl.in d.l.i. distinguit tres casus, sed Dyn.hic. & in d.l.facit sex casus.de quib. vide per Bart in d.l.i. col.iii. & in l.cætera.§.1.& ibi Docto.ff.de leg.i. & quæ not. Dyn. in regu, non firmatur, in ti, infra eo, & ibi dico, & Bar.in d,l,i,ff,eo,tit,

ergo falsum videtur, φ indefinita æquipolleat vniuersali. Et ideo incõuenienter videntur regulæ tradi per verba indefinita. †Sed dicendum est, φ quãdo 7
non est eadẽ ratio, et conditio omnium particulariũ in vniuerso cõprehẽsorum indefinita non æquipollet vniuersali affirmatiue, vt in præalleg.l. quæsitũ. §.illud fortassẽ.& l.si cui. Sed quando omniũ particularium est eadem ratio & conditio, tunc indefinita affirmatiue prolata ęquipollet vniuersali affirmatiue, ut ecce si testator instituat plures hæredes, & postea indefinite dicat, damno hæredẽ 10. dare Titio, effectus damnationis cõprehẽdit oẽs vniuersaliter, quia eadẽ est cõditio omniũ, & eadẽ ratio possibilitatis dãnãdi eos, quia oẽs sunt hæredes & oẽs percipiũt commodũ à defuncto.& ff.de leg.ii.l.si pluribus.[a] & l.si ita relictũ.circa prin.& de leg.3. si plures. †Itẽ prolata negatiue æquipollet uniuersali negatiue, vt ff.de rebus dubiis.l.si qui.§.vtrũ is.in fi.cũ 8
ergo propositũ sit legislatoris constituere regulã de casibus eadẽ rõnẽ determinationis habẽtibus. vt ff. eo.l.i.ibi.& (vt ait Sabinus) quasi causæ cõiunctione &c. et infra subiicietur. Relinquitur manifeste, φ regulæ cõuenienter cõstituũtur per verba indefinita tã affirmatiua quã negatiua. Circa tertiũ, videlicet quæ sit potestas regulæ, hoc est vtrũ regula constituat ius de nouo, vel solũ recitet alias cõstitutum. †Videtur primo φ nũquã cõstituat ius de nouo, vt 9
ff. eo.l.i.[b] ibi, nõ, vt ex regula ius sumatur, sed vt ex iure, quod est, regula fiat. Ecõtra vr̃ φ cõstituat ius de nouo, quia regula Catoniana de nouo cõstituit,[c] φ illa

illa legata quæ ab initio ſunt inutilia ratione legantis tantum, vel legantis & legatarii, vel legatarii & eius à quo legatum præſtandum relinquitur, vel ratione rei legatæ tantum, vel mixta ratione rei legatæ & perſonæ legatarii. vel legatarii tantum, tractu temporis non confirmantur etiam ſi cauſa impedimenti remoueatur. vt ff. de regula Catoniana. l. i. in prin. & de leg. i. l. cætera. §. i. ergo regula conſtituit ius de nouo. Ad hoc reſpondent Doct. ſatis ſubtiliter, & dicunt, ꝙ eſt conſiderare tres ſpecies caſuum. Nam quidam ſunt caſus in canone vel lege ſpecialiter determinati, & in illis regula non conſtituit ius, quia inuenit iam conſtitutum. Quidā ſunt caſus excepti à legis determinatione, & in illis ſimiliter regula non conſtituit ius, quia non clauduntur ſub regulæ diſpoſitione, vt infra ſubiicietur. Quidam ſunt caſus in quibus eſt eadem ęquitas quę eſt in caſibus à iure determinatis, nec tamen reperiuntur in iure poſiti, & in illis regula facit ius propter identitatem rationis, quæ non patitur determinationem caſuum ſimilium eſſe diuerſam. vt ff. de iniuſto rupto teſta. l. poſthumus. de verbo. oblig. l. à Ti-
10 tio. † Aptius autem dici poſſet, ꝙ aut conſtitutio iuris præcedit traditionem regulę, & regula de iure conſtituto quaſi materiarum de materia producatur, & tunc proprie locum habet diſtinctio prędictorum caſuū, videlicet vt in determinatis & exceptis non faciat ius. Sed in non determinatis in
a quibus eſt eadem ratio a æquitatis, faciat ſeu conſtituat ius. Sed vbi non eſt ius conſtitutum ante regulæ traditionem, ſed inuenitur ſola ſimplex traditio regulę, tunc ipſa regula eſt ius ſeu conſtitutio iuris, & ab alio non, ſed a conſtituente procedit, & ita poteſt intelligi pręalleg. l. prima. de regu. Caton. Circa quartum, ſcilicet quod ſit
11 officium regulę. † Dicunt Doctor. quidam quod
b officium regulę b eſt, cōiūgere plures rōnes caſuū, i. rationem traditam in vno caſu, ad plures alios extendere, in quibus vertitur eadē æquitas. Tamē iſta

a Adde quia ratio legi ſeu ē constitutionis eſt quæ regulat ipſam legē, ſeu cōſtitutionē. l. quid dictum. ff. de pact. in l. adēgere. §. quāuis. ff. de iure patr. ratio enim eſt ſicut anima & ſpiritus legis, verba aūt ſunt ſicut corpus & ſuperficies, ſecū dum Bal. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur. et in l. j. col. antepen. ff. ſol. mat. cum ſi. quę refert Iaſ. in l. qui quadringē. ta. col. ij. in fin. & colum. 3. in prin. ff. ad Trebel.

b Adde hic glo. Petrum de Anch. & Moder. & Bart. in l. j. ff. eo. tit. Adde de hoc omnino Alex. in l. ſi quis ſic. ff. ſol. matri.

a Adde quod officiũ regulæ est ꝙ sufficit habere regulã pro se, donec probetur de exceptione. l. ab ea parte. ff. de prob. & l. suus quoq;. ver. puta. ff. de hære. insti. in c. ad decimas. de resti. spol. & c. venerabilib. ver. potest quoque. de senten. exc. in 6. nam pro regula semper est pronuntiandum, nisi probetur exceptio, secundum Bald. in cap. 1. col. 3. de alien. iudi. mut. causa fac. & in l. si tutor. in fin. C. de seru. pig. dat. manumis. & potior est causa, pro quo facit regula, cũ aduersarius habeat necesse fallentiam ostendere. dicit glo. not. in rubri. de regu. iur. in vi: refert Ias. in l. post dotem. colum. xvi. ff. sol. matr.

b Exceptiones. Adde Angel. Aret. in. §. sic itaque. col. 3. de act. institu. Alber. de Rosa. parte statutorum. in 67. & Abb. Sicul. in c. quoniam frequenter. & ibi pulchre Felyn. in princ. vt lite non contest. & Bartol. Bal. & Doct. i l. in his. ff. de legi. & an regu. comprehẽdat priuilegiatos casus, vel speciales, vide tex. in l. fraudẽ. §. fi. ff. de testa. militari. Et no. ꝙ regula non debet restringi per illa quæ ponuntur gratia exempli, vt no. in c. i. ne cleri. vel mona. & in l. ita vulneratur. §. illud. ff. ad legem Aquil. & not. Car. Alex. in

expositio non videtur vera, quia cũ text. dicat ff. eo. l. i. ꝙ regula est coniunctio rationis. & secundum opinionem præmissam non coniungeret rationes. sed ius in vno casu constitutum ad alium extenderet, sequitur ꝙ opi. illa Io. remota sit a propria significatione verborum tex. Item secundũ opi. Io. rationem vnius casus attribueret alteri, quod tex. nõ intendit, quia nihil de extensione casuum, sed de coniunctione rationis tractat. Item si de extensione tractaret, iam poneret de regula ius constituente, quod similiter videtur contra tex. † Et propterea dicendũ 12
est, ꝙ regula est coniunctio rationis, ideo quia de ratione plurium casuum eandem rationem habentium, vnam numero generalem traditionem facit. & sic quæ primò erant plures numero rationes, ad vnam, ex omnibus coniunctis procedentem reducuntur per regulam, & ideo proprie dicitur quod officium regulæ est rationes coniungere. verbi gratia. Statutum fuit primo in piscibus, quòd occupanti concederentur. Item statutum fuit in auibus ꝙ occupanti concederentur. eadem ratione, quia nullius in bonis sunt, & in feris bestiis eadem ratione, quia nullius in bonis sunt. Ex his omnibus sequitur traditio regulæ, quæ rationes prędictas omnes contingat. s. quod in nullius bonis est, occupanti conceditur. a Circa quintum & vltimum fuerunt duę a
opiniones contrariæ. Ioannes enim dicebat ꝙ † ex- 13
ceptiones b non sunt de regula, quia fiunt ad dero- b
gandum regulæ. vt ff. de regula Caton. l. 1. 2. respon so. ergo oppositum, id est confirmationem regulæ

non

c. iuo

non inducunt, igitur sub regula non comprehendũtur, quia magis intendunt ad oppositum, id est ad effectum regul.e, excludendum. arg. ff. de adimen. leg. l. legata inutiliter. de condi. & demonst. l. cum ta
14 le. §. fin. † Prætereà species de genere excepta non continetur sub genere. ff. de pœn. l. sanctio legum. & de verb. oblig. l. doli clausula. de leg. iii. l. vxorem. §. felicissimo. & l. seruis vrbanis. §. vlti. & de alim. leg. l. alimenta. §. basilicæ. & l. Stichus. Igitur casus excepti à regula non continentur sub regula. Placen. vero dixit ꝙ exceptiones continentur sub regula. & pro eo videtur facere. ff. eo. l. semper specialia generalibus

ẽ. ius naturale. col. ij. j. dist. Item casus excepti a regula extenduntur ad omnes similes casus, vt not. glo. in l. i. ff. de condict. indeb. glo. & Abb. in c. cum dilecta. de confir. vtil. vel inuti. & Abb. in c. fi. col. 3. de re iudic. & in c. fina. colum. iii. vt lit. non contest. vide Anto. Corf. in suis singularibus in litera, extensio. el j. qui plene distinguit in hac materia. Et sufficit habere aliquã regulam pro se, qui vult allegare fallẽtiã vel exceptionẽ debet eam probare vt est extra. i l. illius quoq: versic. puto. ff. de hæred. insti. & in l. ab ea parte. ff. de probat. e. Item ca. decimas de restitu. spo. supra. eo. lib. & glos. sing. & ibi Ludo. Bolo. in secundis interpre. in Clemen. fina. de testi. Bald. in l. post dotem. ff. solu. matri. & in l. actor & in l. ampliorem. C. de appel. Alexan. in addi. ad Bar. in l. pater. §. marito. ff. de doli excep. & Bar. & ibi Alexan. in l. nõ solum. §. sed & reprobare. ff. de no. ope. nunc. Paul. de Cast. cõsi. xlix. col. vlt. in antiq. & alias cõcordãtias uide p Ias. satis plene in l. qui se patris. col. i. C. vnde liberi. & Alex. in cõsi. xii. col. iii. in fi. lib. ij. & Abb. in c. qm̃. de coniugio leprosorum. & Bar. & Lud. Bol. in secũdis nouis interpre. in l. generaliter. §. vxori. ff. de usufrut. lega. & Bart. ĩ l. quæsitũ. §. deniq:. ff. de fundo instru. & instrum. lega. & Alex. in addi. ad Bar. in l. nã qđ liquide. §. fi. ff. de pen. leg. & per Petrũ de Ancha. & Doct. in c. qui ad agẽdũ. supra de ꝓcu. eo. lib. & Bar. & Doct. in l. act. o. C. de transact. Ang. in l. j. ff. eo. tit. Io. de Imo. in l. si ita legatũ. ff. de leg. j. dicit ꝙ nedũ exceptio restringit regulam, sed per eã legatũ restringitur et si legatũ annulletur. & tñ per illũ text. ꝓbatur cõtrariũ. Vide Alex. consi. clii. col. ij. ver. ij. probare videtur. & in pe. col. & omnino in consi. 106. in 3. col. lib. v. Bal. in consi. 195. in fi. iij. vol. & consi. 168. & consi. 267. in fi. lib. i. & Ang. de Clauasio in sua summa in litera, alienatio. §. x. & an regula p exceptionẽ declaretur, vide Lud. Põta. de vrbe in cõs. 62. col. 2. & Ias. de Mayno. i. §. ęque aga. ver. capio. gl. insti. de act. & Alex. cõsi. 125. col. 2. ver. p̃terea. lib. ij. & in l. fi. ff. qđ quisq; iuris in alium statuit, ipse eodẽ iure vtatur. & hic per do. Philip. Franchum de Perusio. col j. & per Ang. consi. 239, & in consi. 298. & Fran. de Are. in cõsi 144.

Adde vltra eum Bartol. in l. generali. §. vxori. & quod ibi posui in apost. ad ipsum post Alex. & alios in ver. firmat regulã. ff. de vsufr. leg. & Ant. Cor. sing. suis in ver. statutum, incip. no. vnum dictum,

talibus insunt. Item quòd per exceptiones dicitur regula confirmari. vt in Authen. de non alien. §. vt autem. coll. 2. Ergo videntur exceptiones esse de parte regulę cum ad regulæ confirmationem tendant. Mihi videtur quòd vtraque opinio contineat veritatem. nam non sunt de regula, id est non disponuntur secundũ regulam, imo quantũ ad eas regula perdit officiũ suũ. ff. eo. l. i. in fi. † Quia cũ officium regulæ sit coniungere rationes, vt dictum est, & in his scilicet exceptis, non coniũgat, quia aliqua ratio suadet cõiunctionem vitandam, vt in regula, quod nullius in bonis est, occupanti conceditur. quod fal lit in libero homine, & in re sacra, & multis similibus. vt no. ff. de rer. diuis. l. i. in his enim non possumus sequi regulam communem. vt ff. de legibus. & senatusconsult. l. in his. & l. ius singulare. & propterea non clauduntur sub regula. Et ita credendum est intellexisse Io. Sed sunt sub regula, id est sub generalitate verborum in regulę traditione expressorum continentur, quia si regula est de homine & exceptio debet esse de homine & non de asino seu capra, seu alia specie. Item si regula procedit de actione reali, non recte sequitur exceptio in personali, nec econtra. Et ita verisimile est intellexisse Placen. Ad argumen. Ioan. potest responderi † quòd verum est quòd exceptiones impediunt regulam, id est impediunt eam coniungere casus exceptos, sed ostendunt eam firmam in aliis non exceptis, quia vbi sunt plura capitula, quorum effectus est distinctus, si fiat detractio in quibusdam, videntur cętera confirmari, vt ff. de test. milit. l. tribunus. §. vlti. Item verum est quòd species excepta non est sub genere, & dispositio eius non sequitur ad dispositionem generis, sed nihilominus est de genere, qualitate verborum inspecta vt supra dixi. Sicut si dicerem, Omnis homo legit, præter Martinum qui dormit, Martinus sub homine continetur, sed de eo aliud quàm de cæteris prędicatur. Ad argumenta a Placen. di

a Nota quòd Placent. fuit primus qui vniuersitatem inclyti Castri Montispessulani dioec. Mago. erexit, & iacet dormiens in cemeterio diui Bartholomæi extra muros, in quo originem sumpsit, & in dicta vniuersitate incoepit iura ciuilia & canonica sub cõscriptis patribus & dominis Vinis & Anch. Ray. vulgo appellato l. petit Pape vtriusque iuris professoribus, & tandem sub eisdem gradum in vtroque iure baccalariatus adeptus sum. deinde hic Bituris me trãstuli causa pestis, & in vtroq; iure licẽciatus effectus sum. Et de ipso Placẽtino facit mentionẽ Azo in sua sũma, in pœmio C. & in dicta vniuersitate legit Azo, et cõposuit ibi sũmas sup tribus libris C. & inst. vt ipse refert in pri. d. sũme sup

17 con.dicendum quòd verum est † quòd specialia generalibus insunt, id est, sub generalibus comprehenduntur quantùm ad verba, sed non quantùm ad dispositionem, quia subest aliqua ratio quę non patitur ipsa secundum genus disponi.

In Reg: Beneficium. Argumenta.

1 *Institutio à quo & de quo fieri debeat.*
2 *Institutio quid sit. & nu. 5 7. 9.*
3 *Institutio quo differat ab inductione in possessionē.*
4 *Institutio corporalis dicitur cum quis in possessionem mittitur.*
6 *Possessio per institutionem non acquiritur.*
8 *Collatio beneficij in primum facta derogat collationi factæ in secundum.*
10 *Institutio hæredis tria requirit:*
11 *Tutor à testatore datus per iudicem confirmatur.*
12 *Inuestitura dicitur confirmatio præcedentis concessionis.*
13 *Collatio per episcopum facta, institutio iuris est appellanda.*
14 *Detentio illicita dicitur, cum quis instituitur à non habente potestatem instituendi.*
15 *Institutio inualida dicitur cū incapax instituitur.*
16 *Institio varijs sumitur modis*
17 *Institutio quæ canonica meritò sit censenda.*
18 *Iura distincta an conferantur per institutionem inuestituram & missionem possessionum*
19 *Corporalia specie differunt ab incorporalibus.*
20 *Possessio vera vel quasi, qualiter & quibus quæratur.*
21 *Possessio maxime clauium traditione confertur.*
22 *Possessio unius rei beneficialis accepta, an sufficiat pro reliquis rebus:*
23 *Hæres adiens hæreditatem, omnium rerum hæreditariarum acquirit dominium.*

tribus lib. C. & Placenti. fecit ibi super ipsis sūmis aliquas additiones. Et licet in ciuitatibus & non in castris studia generalia debeant esse, vt no. gl. Io. And. Abb. Sicul. & Felin. in procœmio Decret. & gl. Bar. & Ioā. de Plat. l. vna. C. de stud. lib. vrb. Rom. lib. 11. fallit in Mōtepessulano ꝓpter inclytam eius nobilitatē, vt dicit Bal. in d. procœmio Decre. col. 6. post. med. iō de ipso castro feci mētionem, quia omne actum in nobili patria redundat ad gloriam illius. tex. est celebris. in l. si quis. 1 prin. & Saly. C. de natura. lib.

Memini. in l. mechanicos. n. 2. in ver. ciuitatibus. C. de excus. art. libr. 10. in addit. ad Iacob. Rebuff. q fuit pdicti Castri Mōtispes sul. ciuis & ordinarius lector.

Conferens

24 *Conferens beneficium quibus temporibus capax esse debeat ut collatio valeat.*

25 *Institutio hæredis non vitiatur: si postea testator ius amittat testandi.*

26 *Institutio non vitiatur si ex aliqua causa ius instituendi perdatur.*

27 *Donatio inter viuos irreuocabiliter tenens non reuocatur ob delictum donantis sequens.*

28 *Hæres ut institui quis queat quibus temporibus capax esse debeat.*

29 *Institutus beneficij consequẽdi capax tribus temporibus esse debet.*

30 *Institutus in beneficio ex causa superuenienti potest eodem priuari.*

31 *Institutio an uitietur, si post appareat eum, qui instituit non potuisse iure instituere. & nu. 32.*

33 *Error singularis operatur in præiudiciũ veritatis.*

34 *Institutio an vitietur per omissionem alicuius substantialium.*

35 *Canonicus de manu prioris non legitimè instituti præbendam recipiens, an possit agere ad eiusdem remotionem & nu seq. & 38.*

37 *Testamentum falsum dicere potest qui aliquid consequutus est ab hærede.*

39 *Institutio alicui tacitè vel ad cautelam facta quãdo ualeat*

40 *Reseruatio facta à legatis an possit effectum sortiri finita legatione & nu. seq. & 43.*

42 *Cõditio cõtractui adiecta, quãdocũque impleatur ad tempus contractus & dispositionis trahitur.*

Obtinari. Non negat possideri. nam videtur quod ex titulo minus canonico transferatur possessio beneficij. Patet quia possidens illud tanquam prædo si spolietur, datur ei restitutio. c. item cum quis, c. in literis. supra de resti. spol. quandoque titulus ipso iure extinguitur in personã vnius, qui tamẽ possessionẽ retinet. c. licet Eps. supra eodem de præbend. quandoque sentẽtia disponit de possessione beneficii, reseruato iudicio tituli & ꝓprietatis. supra de cau. pos. et ꝓprietatis. c. cum super. c. cum ecclesia. ita tenet et exponit Pet. Anchara. hic, colũ. i. item late tenet Panor. in disput. 4. incip. Titius clericus. sed cõis opinio Doctorũ est in cõtrarium. Dic ꝙ opinio Anc. & Panor. vera est, respectu nõ prætendentis titulum;

BONIFACIVS VIII.

REGVLA PRIMA.

Beneficiũ ecclesiasticum nõ põt licite sine canonica institutione obtineri. a

REGVLAE

tulum: vnde debitores, coloni, censuarij, & alij non possunt titulo saltem colorato possidendi, denegare solutionem, eiq; soluendo liberantur, quãuis non teneantur, nisi ex contractu prædecessorum per not. Bar. Alexã. in l. si vrbana. ff. de condi. indeb. glo. c. nihil. per illum tex. verb. administrat. & ibi Compostella, de electio. Lapus alleg. 59. Carol. Ruin. consi.

¶REGVLAE istius exemplũ euidenter patet.
1 intendit enim dicere † quòd si aliquis instituatur ab eo qui ius non habet instituendi. Item si institutio fiat de eo qui non sit institutionis capax. Item si institutio fiat nõ seruata forma quæ debet in institutionibus seruari, institutio videtur esse minus canonica, quia defectum habet eorum quę sunt institutionis substantialia. Propterea ex institutione tali
a non potest [a] beneficium legitime obtineri.
b ¶Ad declarationem autem verborũ regulę [b] quærend m

150, nu. 2, lib. j. tetigi in annota. ad Alexan. consi. 120, nu. 7. libr. j. & in annota. ad Deci. consi. 407. Sed respectu contendentis de titulo, vel possessione ipsius beneficij præcedit cõmunis sententia, [redacted]

[redacted]

a Adde q̃ verbum potest, positum cum negatione, importat necessitatem, vel l. non potest, ff. de fur. & not. hic Io. And. & Phil. Franc. in 2. col. post princip. & Bar. in cons 97. col. ij.

Tu dic hoc verbũ qñ negatiua pręcedit, secus autẽ si apponatur sine negatiua pręcedente: vt per glos. in l. i. in versiculo. dare potest. & ibi Moder. ff. de iurisd. omn. iud. de quo omnino vide Ant. Corse. singul. suis in verb. potest. incipit. verbum potest, importat necessitatem.

b Adde ad istam regulam Ioannem And. hic, & Pet. de Ancha. & appellatione beneficii, omne beneficium comprehenditur. vt not. hic Ioan. And. & Doct. in c. de multa, de præbend. & Cardi. Alexand. in c. miror. 50. distin. in fi. & Abb. Sic. in consi. 47. vol. 2. & Spec. & ibi Io. Andr. in addi. in tit. de dispensa. §. videndum restat. versi. sed nunquid nocet. & hoc large sumpto vocabulo, de quo per Abb. in c. super. Felin. in c. postulasti. col. 6. vers. circa glo. 2. singu. in titu. de colla. §. uolens. in verb. beneficio. Et quomodo cognoscitur beneficium ecclesiasticum, vide Fel. in repet. c. in nostra. col. 6. vers. restant multa. de rescri. Et an appensio appellatione beneficii contineatur. vide Fel. in c. ad audientiam. el primo, de rescript. post Abb. Sic. & Andr. Sic. Hugo, Barba. satis ample. Et beneficium est beneuola actio gaudium tribuens capienti, vt inquit Senec. lib. 1. de beneficiis. & Bald. in c. i. & ibi Card. Alex. quib. mod. feu. amit. & vide Abb. in c. clericis. de vit. & hone. cler. & Bal. in sua marga. post Inn. in lit. beneficiũ. & ibi vide quot modis dicatur. & Alex consi. 12. in fin. col. 2. & no. quod licet beneficium sine legitimo titulo non possit obtineri, vt hic. & in c. i. §. ordinarii. de pacifi. poss. in practic. & in titu. de colla. §. sed & in super. verbo titulo. tñ pp cõtumaciã absentis actor missus in possessionẽ ex secũdo decreto acquirit possessionẽ, & põt beneficiũ p̃scribere per 10.

annos

annos inter p̄sentes, & 20. inter absentes, dũ tñ habeat titulũ saltem coloratum, vt colligitur ex nota per glo. & Docto. in c. contingit. de dolo & contu. & Abb. Sic. in c. i. in literis. de resti. spoli. & not. hic Io. And. & in regula. seq. in Mercu. & glo. & Doct. in c. vno. de eo qui mittitur in poss. cau. rei seru. supra eo. lib. & glo. in d. c. i. de pacifi. poss. super ver. triennium.

rendum est quid sit institutio. Item in quo differat ab inuestitura & ab inductione in possessionem. Itẽ 1
quę dicatur canonica institutio. Subsequenter quęrenda erunt quædam ad materiã regulæ pertinentia. De primo scribitur per dñm Hostiensem. † q̄ 2
institutio est intus statio, vel intus positio. Quòd si verũ esset, iam superflua esset inuestitura & in possessionem inductio post institutionem, quia quod habe-

sed hodie per illum text. qui possedit p trienniũ. habẽs coloratum titulũ tam in petitorio quàm in possessorio, non potest a quoquã etiã ratione iuris nouiter impetrati molestari: exceptis casibus ibi nota. per glo. super verbo, possideat. & in gloss. beneficium. & tex. glo. & Doct. in clem. i. de sequestra. poss. & propriet. & in regula Cancellariæ 33. & ibi sing. glo. Io. de Ana. in c. licet Hely. de simon. & fel. in c. plerunque. de rescript. & in c. sicut. de re iud. col. 15. Et ideo dicunt Hosti. Card. But. Imol. Abb. & Fel. col. ii. in fi. in c. illud, de præsumpt. quod clericus præsumitur recte institutus quando diuturno tempore tenuit ecclesiam, seu beneficium vt rector: quia superiores visitantes sæpe ecclesias præsumuntur vidisse titulum suum, nec tolerassent intrusum tanto tempore, & not. hic Pet. de Anchar. colum. 8. & Ioan. de Auan. post Abb. & in d. c. licet Hely. & Fel. in dicto cap. sicut. colum. 15. versi. fallit tertio. & Domi. de Rota decis. 84. in antiq. tit. de proba. quãdo episcopus vel alius pręlatus possit compellere beneficiatum ad ostendendum titulum beneficij. vide hic per glossam, & Petr. de Ancha. in. 8. quæstione. & Abb. & Felyn. in d. c. licet. Felyn. col. 4. versicu. extra glos. quærunt Bald. in consil. 67. lib. 4. & in l. male agitur. C. de præscript. 30. ann. & Andr. Barbat. in repet. rub. de fide instrument. col. 59. & Pau. de Leaza. in repitit. c. in literis. col. 3. versi. ad vlti. & ibi per Abbatem & Modernos. de restitut. spoliat. & Felyn. in d. c. licet. ponit quinq; conclusiones cum suis fallent. Quid de eo qui habet in commendam beneficium, an dicatur habere titulum: vide Doctores in c. nemo. de elect. supra eo. lib. qui dicunt cõmuniter quod commenda est titulus canonicus, & notat Lodouicus Roma. in consil. eccle. quod est pulchrum in materia commendarum, & vide gloss. singularem in d. cap. j. de pacific. posses. super verb. titulum in Pragmatica sanct. Item not. quod licet quis etiam non possit consequi beneficiũ nisi vnico titu. vt c. vt qui duas. supra de elec. eo. lib. tamen potest se defendere ex pluribus titulis. not. Abb. in c. in nostra. de rescript. & est text. celebris in cap. post electionem. & ibi Abb. de præbend. & Abb. in capitu. cum olim. & ibi Felyn. in fine. de re iudic. & pulchra Felyn. in repet. d. c. in nostra. col. 2. v̄. titulus multiplicatur ad cautelã in eo. benefic. vnde dicit quod si quis dubitet de prima

collatione

collatione sua impetret secundam; qua per hoc non inducitur renuntiatio primæ, imo potest vti vtraque ad defensionem suam & vide Abb. in c. cum olim. in 2. ad fin. de priuile. & rel. post Card. in c. inter dilectos. col. x. versi. fallit 3. de fide instrum. quod nota perpetuo, & vide gloss. in cap. nullus pluribus. infra eo. tit. & quæ ibi dico post Dyn. in princ. facit quod not. Dyn. in sequenti fol. versic. quod ex eo. & no. Abb. Sicu. in cons. 3. vol 2. & Bald. in consi. 7. tit. de elect. & ibi de sancto Geminiano.

Copiose quã-uis sit de beneficio; & illius appellatione tractatum in hac apostil. vide vltra hic allegat. Cardi. in clem. auditor. nu. 9. & ibi posui in apostill. in ver. cõprehēdit dignitates. de rescri. & in clem. j. de præbendis. Gemin. in cap. 1. in prin. et ibi dixi in apostillis in versi. non est dignitas, supra de eo qui mitt. in poss. caus. rei ser. & in c. dudum. nu. 7. vbi etiam notaui versic. ecclesiæ cathedralis. supra de præbend. & dixi in apostil. ad Philipp. Franc. in gra. nu. 1. in versic. appellatione beneficij, supra de rescriptis. & in apostil. ad Panormita. in capitu. nostra, in apostill. mea, sub nomine Zachi. in versicul: si siue præbend. de rescript. in antiq. Et in quantum domi. Boerij dixi supra quòd cle. præsumitur recte institutus quando diuturno tempore tenuit & hoc facit ad dissolutionem quæstionis, an possessio beneficij cogatur per superiorem ostendere titulum suum. de quo dixi in apostill. ad Panormita. post eum, in capitu. licet Heiy. nume. 22. in versicu. ad ostendendum. titul. de simon., & in capitu. accedens. nume. 3. in ver. ad ostendendum. titu. de accus. dixi etiam in apostil. & Gemi. in c. i nu. 7. in ver. probare. tit. supra de eo qui misit. in poss. cau. rei ser. & in addi. ad Bal. in l. ciuile, in j. oppo. C, de furt. & in Rota decis. 65. & 679. in antiquis,

haberet, non posset ei ulterius conferri & prima collatione & eius effectu perseuerante, vt ff. de verb.
3 obli. l. nemo rē suam. & l. scire debemus. §. vlti. † Itē cum canones exponāt quòd ad ad alium pertineat institutio, videlicet ad ep̄m, vt supra de hære. c. cum ex iniuncto. in fi. & ad alium pertineat in possessionem inductio, scilicet ad archidiaconum, vt supra de off. archidi. c. ad hæc. & c. vt nostrum. videtur inconueniens dicere quòd in idem, quia cum sint distincta officia illorum ad quos pertinent, distinctos debent habere effectus, quia discretorum & distinctorum distincta & discreta ratio esse debet. vt ff. de calum. l. vlt. & C. de dona. inter vir. & vxo. l. si maritus. j. & de episc. & cleri. l. repetita. & de testa. l. consulta diualia. Sed excusari potest quòd intellexit de institutione quantum ad ius quod ex sola institutione acquiritur. Sed intus statio de facto per indu-
4 ctionem in possessionē subsequitur. † Et præterea dici potest ꝙ motus fuit ex eo ꝙ canones appellāt, inductionē in possessionem institutionem corporalem: vt supra de off. archid. c. ad hæc. §. in quadam verò.

tenet Lud.Bolog.in suis primis nouis interpreta.in d.§.idemque Labeo. Venatio & aucupatio quo differant, vide Abb.in cle.j.de statu monach. & ad no.supra in prin.vide Bar.in l.3.ff.de acq.rer.do.& Io.de Plat.in l quosdã.ver.quid autẽ. de naufrag.lib.xj.& Ang.in consi.260.col.1.

a Adde ꝙ bestiæ appellatione continetur solum fera non mansueta, nisi consuetudo regionis sit in contrarium, vt not.Bart.& ibi Alex.in addit. in l.i.§. bestias sub.§.remouet. ff.de postul. & Math.de Mar. in suis notab. & ibi vide an asinus contineatur. Et not. ꝙ appellatione bestiarum cõprehenduntur animalia terrestria tantum, nec includuntur aues & pisces.ꝙ no. propter statuta, quę dicunt qd de bestijs et animalibus soluatur tantum pro gabella, quia si dicerent de animalibus, includerẽtur pisces & aues,secus si dicerent de bestijs,vt not.Car. Alexan. in c.6.dist.35.per glo.ibi iuncto tex. Volui etiam & nunc allegare Marli.no 96.incip.no. vnum mirabile,de quo per Fely.post Panor. in procem. Decret. col.3. in glo.j.vbi meminit de math. Sed in limita vt per Rom.sing.427.incipit communis doctrina,& quod ibi ponit.

nullius in bonis sunt. Item feræ bestia [a] quia nul- a
lius in bonis sunt, occupantibus conceduntur:vt ff. de rer. diuis.l.quædã.& de acq.pos.l.j.circa princ. & instit.de rer.diuis.§.itẽ feræ.& ff.de acq.rer. do.l.3. &l.naturalem. & ex his casibus singulariter determinatis, & ad eandem rationem determinationis pertinentibus constituitur regula generalis, illa videlicet, Quod nullius in bonis est, id naturali ratione occupanti conceditur: vt ff.de acq.re. do.l.3. in prin.
4 †Circa secũdũ,scilicet qualiter regul. [b] cõ-
b stituatur. Dicendũ est ꝙ regula debet esse generalis & omnia comprehendere, quia constituitur per ea verba quę sui natura omnia comprehendunt, id est per signa vniuersalia affirmatiua, quæ affirmando omnia comprehendunt.vt patet.ff.eo.l. omnis diffinitio.& l.omnes actiones.& l.omnia fere. & l.omnia quæcunque.Item per signa negatiua, quæ vniuersaliter negando omnia excludunt, ut infra eod. c.nullus pluribus. & c.nullus ex consi.ff.eo.l. nemo. & l.nullus.
5 † Itẽ p verba indefinita quæ iurista sim-
c pliciter dicit æquipollere vniuersalibus. c 18. dist. c.si

b Adde Bar.& Doct.in l.j.ff.eo.Alberic.de Rosa. in opere suo statutorum.in j parte q.3.& dic per Pet.Ancha.& Doct.Moder.

c Adde Bar.in dispu.sua incip.per Italiam. Bar. in l. si plurib. & ibi Bald.ff.de leg.2.& Iaco.de Bello.in l.si necessarias. ff. de pign. act.& Bart in l.j.ff.eo.& in l.si ita.ff.de leg.ij.vbi dicit, ꝙ indefinita est,quãdo ponitur terminus cõis sine aliquo signo,vt homo,& ibi vide de vniuersali & sing.& adde Ioan.And.in c.vt circa.de elect. supra eo. super verbo,aliorum.& Bal. in l. ij.ff.de lib.& posth. & ibi aliquid per Ang. & Lud.Bolog.in l.si plures,ff.de leg.3.in secundis interpret. & Bal. in l.fin.

l.fi.§.in cõputatione.C.de iure deliber.& in c.j.de pace iura.fir.& Alex. in d.l.iii.de lib.& posthum.& Abbas Sicul.in cap.auditis. de præscri. & Bart.in l.j.§.sed & si certum.ff. de ven. in poss.mittendo. Alberi.de Rosa.in d.l.si plurib.de leg.iij.& in Dictionario suo,in verbo,indefinita.& ibi Io.Bap.in addi.& Paul.de Cast.in consi.cclv. in antiquis.& pulchre Felyn. in d. c. auditis. de pscri. col.33. ver.gusta ẽt.& Pet. de Ancha. hic in 5.col.& Dyn.in regula, exceptionẽ o bijciens. infra eo.& Bald. in cõsi.clxxi.lib. j.et per Philip. Fran.hic col.ij. & infra c. cum multis.nu.1.& ibi dixi in apostil.in versi.indefinita. de rescrip.dixit etiã in apost. ad Panor.,in c. fin.in versi.Oldra.de con.leprof. notaui in l. si ita in apost. i ver. indefinita.ff.de leg.ii.& in apost.ad Bar. post Alex. & alios in l.si pluribus.per istum alleg.col.ij. versi.quæro vtrum hoc sit verum. in versi. indefinita.ff.de leg.ij.not.Oldrad.consi.c.incip.in executione. & consi. clxxii.& alleg.25.volu.4.

c. si Romanorum. & c. quia circa de priuil.& ff. de off.præfect.vrb.l.j.§.cum vrbem. & de leg. præst. l.j.§.gñaliter.& C.de hær.ven.l.fi.& ideo quasi oẽs regulę per hunc titulũ traditæ(paucis duntaxat exceptis) tradũtur per signa indefinita, aliquãdo affirmatiua,aliquãdo negatiua. Tamẽ falsum videtur ꝙ indefinitã æquipolleat vniuersali, etiã secũdũ iura: quia si lego alicui omne marmor, vniuersaliter videor legare & statuas marmoreas,& cæteras species de marmore factas.vt ff.de leg.iij.l.hæres meus.§.j.
6 & ff.de aur.& arg.leg.l.i.† Et tamen si legetur marmor indefinite,comprehenditur in legato sola rudis marmoris materia,& nõ species de marmore facta: vt ff.de leg.iij.l.quæsitum.§.illud fortasse. Item si lana legetur indefinite, lana tincta non continetur
a in legato,vt ff.de leg.iii.l. si cui.in princ.ᵃ Et tamẽ si legetur omnis lana vniuersaliter, etiam tincta cedit in lega.vt ff.de aur.& arg.leg.l. pediculis.§. Labeo. ergo

a Adde quid veniat appellatione lanæ. Bart. in l. si cui de leg.iij. hic alleg.& in l.Pediculis.§.Labeo.ff.de auro & argen.leg. & ibi Alexã. In addi.& ibi habes quid venit ẽt in legato pannorũ lini & lanæ.& vide Bar.in l.v.in prin.de auro & arg.leg.& Bal.in rub.C.de verb.sig.

pletari debere: vt ff.eo.l.iure naturę.& de cond.in-
de.l.nam hoc natura.& de instit.act.l. si quis man-
cipiũ.§.Proculus. † Cùm ergo rigor iuris pręscri- 24
ptionem inducens simpliciter scriptus reperiatur,
pręualere debet ęquitas naturalis.C.de iudic.l.pla-
cuit.& ff.depo.l.bona fides.Sed dicendum [a] est,ꝙ a
vbi reperitur ęquitas scripta in genere,& rigor cõ-
trarius in genere, pręualet æquitas: sed vbi reperi-
tur æquitas scripta in genere, rigor in specie. sicut
est in proposito, quia ęquitas generali naturaliter
dictat neminem debere cum alterius detrimento
locupletari; rigor verò dictat specialiter pręscri-
ptiones procedere in alterius damnum, fauore bo-
nęfidei possessoris, in odium negligentium, prefer-
tur rigor; quia in iure nostro generi per speciem
derogatur: vt infrà eo.c.generi.ff.e.l.sẽper in iure.
cum multis simi.† Quęrendum est aũt vtrũ de iu- 25
re canonico requiratur in præscr.titulus [b] & bona b
fides,

b Adde quando requirantur in præscr. titulus & bona fides, Docto. & maxime Felin. melius ꝙ alibi in c. de quarta. col.6. ver. sed ad cognoscendum.de præscr. vbi ponit plures doctrinas multipliciter limitatas. & glo. Abb. & Felin. in c. si diligenti ℣. cæterum. col.6.cũ seq. de præscrip. Ioan. Fabr. & Ange. Aret. instit. de vsuca. in prin. & Bar. in l.Celsus.ff.de vsuc.& Alex.consi.87.col pen. ver. stante.libr.2. & in consil. 136.col.1.versi.vel etiam.eo.lib.& Bal. in repe.l.fin.C. de præscrip: & Alex.consi.99.per totum lib 4. vbi ponit quid de iure ciuili & canonico,& per Bald.in l.nullo iusto.C.de rei vend.& ibi vide Sal. & Alex. consi.74.col.pen.versi.circa secundũ lib.3.& Lud. de Roin. consi.167. versi.quo ad tertium.colum.2.& Alexan.consi.in prin.lib.5.& in consi. 141.in prin.eod.lib.10.& Alber.de Rosa.in Dictionario suo, in litera; pręscr.versi.an vna ecclesia, vbi ponit ꝙ ad complendam præscriptionẽ quatuor requiruntur, scilicet continuatio temporis, seu possessionis, bona fides, iustus titulus, verus siue præsumptus, & ꝙ res non sit vitiosa sed præscriptibilis &c.& Alb.in d.l.Celsus,de vsucap.tex.& Sal.in l.fi.C. de vsucap.pro hærede.& gl. in c.1.& ibi Doct.de præscr. supra eo. lib. & Ang. Aret.& Ias. de May. in §.sed istę. de actio.& Cepol.in cautela 105.& Ang.in l.in seruorum.C. in quibus caus. cessat longi tempo. præscrip.& uide in sequen.quest.in princip. & in quinta q.& quæ ibi dico, & decis.Capellæ Tholos. decis.74.

Adde

Adde Bal.in cap. fin.colum. & ver.quis tamen vellet facere, de præscri.vbi ponit vnam cautelam per quam potest præscribi cum mala fide. & licet alias ponit Thom.Ferra. in suo tractatu cautelarum.caute, 38. incip.explorati iuris est;

a Adde glo. & Abb.in c.super quibusdam, de verborum signific. & in c. quando, de consue. & glo. sing. Domi. & Doct.moder. in cap.i. de præscrip, supra e. lib. Bal. in l. si arbiter. tam in antiqua, quam in noua lectura: ff. de proba. & Ioã. de Plat. in l. vsus aquę.C. de aquæ ductu. lib.11.Barto.& Doctores in l. i.§. item Labeo.ff. de aqua pluuia arcenda. & Bal. in l.cõbenticulam.col. 5. C. de episcõ. & cleri.& Inn. in cap. quid per nouale.& c.veniens.de verbo. sig. & quod no. Abb. in c.super eo. de parochi. & pulchre Fel. in cap. causam. col.ij.uers.signa theoricã.de præscri.quę dixi in .§.j. de præscrip.& in .§.9. de consue.prędi in lib.consuetu. Biturigund. & qualiter probet non stare memoriam in contrarium

fides, vel an sufficiat bona fides tantùm sine titulo; nã de iure ciuili cõstat ꝙ in vsuca. triennij & in prescriptione 10. vel 20.ann. requiritur tit.& non sufficeret bona fides C. de rei vendi.l. nullo. & ff. de vsucap.l.Celsus. vel saltem error facti ꝓbabilis, qui titulo ęquipollet: vt ff.pro empt.l. ꝙ vulgò. & de vsucap.l. non solum.§. quod vulgò. & de iure dot.l. Proculus.& de vsucap.pro lega.l. pro legato. & pro suo.l.si ancillam.§.fin. & notari solet ad ple-

26 num in l pręalleg.Celsus. † In pręscriptione autẽ 30. uel 40. anno. nec tit. nec bona fides requiritur cum etiam fures præscribant 30. vel 40. annis; vt C.de pręscript. 30. vel 40. ann.l. omnes. & hòc si agatur de pręscribendis rebus priuatorum; sed si de rebus ecclesiarum tunc etiam in prescri. 40.anno.titul. & bona fides requiritur. sicut in pręscriptione priuatorum spatio 10. vel 20. ann. vt C.de sacrosanc. ecclesi.auth. quas actiones: & in auth. de

27 ecc.tit.§.pro tẽporalibus. †de iure verò canonico, iure ueteri uidebatur requiri bona fides & titulus; licèt in hac fuerint opinion. vt supra de præscripc: si diligenti.iure verò nouissimo distinguitur rationabiliter; quia in rebus ecclesiasticis quæ possint possideri iure communi, nec præsumptio est cõtra

28 possessores, sufficit bona fides.† Sed in his quæ de iure communi nequeunt possideri, uel contra possessorem est præsumptio, bona fides nõ sufficit; sed est necessarius titulus, qui possessori causam tribuat præscribendi; nisi tanti tẽporis allegetur præscriptio, cuius contrarij memoria non existat, vt

29 suprà de præscrip.cap. primo † Transcursus enim temporis cuius contrarij memoria non existit, loco tituli a habetur, vt ff. de aqua pluuia arcenda. l.j.

rium vide Docto.supra alleg Alexand.in consi.68. columna secunda & in consi.136.6.colum. versi.sed ad hæc.lib.2. & ad prædicta vide Alex. consi.6.columna prima.& in consi.7.lib.1.Spec. & Ioan. Andr. in tit. de prob.§.1. versi.vlt.qualiter fiet probatio. & Oldr.consi. 253. & modus probandi præscriptionem centum annor, uide per Abba. & Fel. in cap. cum nobis. col. 4. post princ. vers. vlterius. de præscrip.& per Fel.in c.veniens. il. 2. de testi.& Bal. in auth.quas actiones. col. vlt.C. de sacrosan.eccle.& Bar.consi.289.col.2.& Abb.Sic.in cōsi.7. & cōsi.18. vol.2.& Deci. Parla. Grano-polis Delphinalis.q.367.& ibi in addi. & Cepo. in consi. 22. coll. 3. in prin. & Cald. in consi. fin.ti. de consuet.

l.1.§.fi.& l.2.& l.fi.& de aqua quotidiana, & æsti-
ua.l.hoc iure.§.ductus aquæ. † Item nunquid in 30
præscribendis rebus incorporalibus sit necessaria
bona fides, a & titulus, vel an sufficiat bona fi- a
des? Et dicendum est etiam de iure ciuili, quòd
sufficiat bona fides, nec est opus probare titulum
vt ff. si seruit. vend. l. si quis diuturno. † Quare 31
autem in præscriptione rerum corporalium titu-
lus requiratur, & non in præscriptione rerum in-
corporalium, ratio est, quia ubi maius pericu-
lum imminet, ibi cautius est agendum. ut ff. de
Carb. edict.l. prima.§. sed & si quis. Sed in præ-
scriptione rerum corporalium maius periculum
& præiudicium paratur, quia rei dominium au-
fertur, sed in præscriptione seruitutis non aufer-
tur dominium rei, sed subijcitur res speciei alicu-
ius seruitutis debitæ præscribenti. † Nunquid 32
autem sit opus saltem allegare titulum, & longæ-
uam quasi possessionem probare? videtur quod
sic.

Tu dic ut p̄scriptio tanti temporis cuius non sit memoria in contrarium, probetur, debet certus actus articulari, vt ponit multum notabiliter Spec.in tit.de probatio.§.1. versi.vlt.quæritur.& seq.& versi.quid testes.& versi.& not.& Flor.in l.seruitutes.col.18.ff.de seruit.

a Adde Abb.in cap.de quarta.col.vlt.& ibi Fel.col.15.& pen.de præscrip.multum ample.& an requiratur scientia aduersarij, vide ibi & per Inno.in c.bonæ.el secundo,de postul.prælat. & in c.conquerente. de offic.ordi.& Bald.in l.fin.C.de præscr.long.temp. & in l.secunda.colum.1.C.de seruit.& aqua.& vide pulchre Bald.instit.de serui.§.1.col.2.uersic.sed in dubium reuoco.& Pet.de Ancha. in reg.sequen.col.13.versi.9. opp.& Pau.de Castr.consi.23. in nouis. &c. Dyn.in d.l.1. in 3.q.C.de serui.& aqua. & Barto. in l. seruitutis.ff. de seruit. & Ang. Aret. in.§. æque si agat. colum.6.versi.quomodo autem probetur. & ibi Io. Fab.& Ias.May.instit.de act & Flor.de S.Petro.in d.l. seruitutes. vbi ponit septem specialia in præscrip.iuris incorporalis.& vide quæ dixi in.§. 5. de præscrip.libro Consuet.ad istam & seq.quæstionem.

a Adde ꝙ hanc opi. tenet Inn. in c. cum dilectus. in fi. de consuet. & gl. Bar. in l. seruitutes. ff. de seruit. gl. & Bar. in l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. & Ange. Aret. in §. æque si agat. col. 7. versi. cautela est. instit. de actio. per l. cū de in rem verso. & tenet Floren. in d. l. seruitutes. & Ioā. de Imo. in d. l. 1. §. deniq; de aqua plu. arc. Bal. Ang. & Imo. ī d. l. qui aliena. §. 1. ff. de acquir. hæred. licet Vltramontani teneant cū Dyn. cōtrariū. & Ange. in repet. l. si certis annis. C. de pac. tamen alias est communis opi. a qua non est recedendum. et tenet Alexand. in dicta l. si certis annis. columna ultima. vers. non amitto. & Barto. in disputa. incip. mulier habens. col. pen. versi. circa tertium. & Bald. in. §. 1 col. pen. vers. vlterius quærit instit. de serui. & Bar. in cōsi. 189. incip. primo quæritur col. 2. qui allegat Dinum ita tenere, non tamen hic. sed Alexand. in d. l. si certis annis, allegat. Dyn. in. §. æque si agat. instito. de actio. & sic Dinus est sibi contrarius, vt patet. vide Alexand. in consi. cviij. in fin. libr. secundo, & Sal. in l. si certis annis. & Felin. in capitulo causam. colum. tertia. ver. nihilominus. in capitulo de quarta. colum. 15. versiculo. secundo fallit. de rescri. Innocen. & Abb. in capitulo si diligenti. eodem titu. But. & Abb. in capitu. peruenit. de censi. Bald. in l. cum de in rem verso. in antiqua lectura. ff. de usuris. & Ias. in §. præiudiciales. columna decimaquinta, versiculo, & primo. institu. de actionibus.

a sic. [a] vt ff. de usur. l. cum de in rem verso. sed dicendum est, ꝙ non de iure ciuili ut dictum est. l. si qs diuturno. & de aqua pluu. arcen. l. 1. §. fi. & ad l. cum de in rem verso. respondendum erit quòd ibi agebatur de persona astringenda seu obliganda ad aliquam prestationem. Propterea est necessaria saltem tituli allegatio. cum ad obligationem personalem inducendā necessaria est causa uera uel presumpta; vt ff. de doli excep. l. 2. §. circa & de proba. l. cū de indebito. §. fi. ratione predicta, scilicet quia vbi maius periculū, &c. † Item nunquid in prescribendo vsumfructum requiritur titulus? videtur ꝙ non, quia illud ius seruatur in prescribendo vsumfructum quod seruatur in alijs prescribendis seruitutibus. ut C. de prescription. longi temporis. l. fina. econtra videtur (& est verum de iure ciuili) quòd titulus requiratur; vsusfructus est dominij pars; vt ff. de fideiuss. l. si à reo. §. si vero. ff. de vsufruct. l. quarta. † vnde qua ratione in prescriptione dominij requiritur titulus, vt dict. l. nullo. & l. Celsus. eadem ratione & in prescriptione vsufruc. & ad l. fin. de longi temporis prescriptio. dicentem idem seruandum esse in vsufruc. quod in ceteris seruitutibus; verum est quantùm ad temporis limitationem, hoc est ut eodemtempore prescribatur

a Adde Abb.in c.de quarta.col.6.de præscri.& Bar.in l.iusto errore.§.non mutat.ff.de vsucap.& glo.& Cy.in l.corruptionem.& ibi Bald.C.de vsufruc.& pulchre Bal.in repeti.l.fin.col.19.cum seq.C.de præscrip.long.tempo.& Bal.ibi in lectura.col vlt.& Bal.instit.de seruitu.§.i.col.vlti.Io.Fab.& Ange.Are.col.7.post princi.& ibi Ias.institu.de actio.§.æquè si agat.et ibi vide quid de iuribus personalibus et spiritualibus, & spirituali annexis, vt est ius patronatus, vt cap.quando.de iudi.& per Bal.in l.2.versicu.quæro quarto si volo præscribere.C.de seruit.quia præscribũtur spatio 40.anno,facit quod not.in c.consultationibus.de iure patron.& Rochus de Curte in tracta.de iure patrona.

Adde q usufructuarius possideat, scilicet naturaliter, vt not.Alexã.post Bart.& Docto.in alleg.l.naturaliter.Bar.in l.si fur.in primo notab.ff.de vsur.& in l.prima.in fin.princi.versic.quæro extra glo.& ibi posui in addi.ad ipsum.ff.de acquirend.pos.& in l.si quis.cum gloss.in versicu.tradatur.C.de dona.vbi dicitur, q per vsusfructus retentionem possessio ciuilis in donatarium transfertur: ergo naturalis remanet donatio,& sic vsufructuario.& Alex.omnino in l.ij.§.possessor.ff.qui satisda.cogantur.

scribatur quo & cęteræ seruitutes, non quantum ad alia, vt hic, & hoc de iure ciuili: sed secus de iure canonico, † cum vsusfructus [a] possideri possit iure 35
communi.vt ff.de acquir.pos.l.naturaliter.& l.pos- a
sessio; & de vi & vi arma.l.iij.§.vti frui. præscribi poterit etiam sine titu. dum tamen bona fides accędat, vt in pręalle.cap.j.de præscr.lib.6.vel transcursus téporis, à quo memoria non ęxtet. † Item quæ- 36
rendum est vtrum bona fides requiratur, eciam tépore contractus,& tempore traditionis, & tempore continuatæ possessionis. [b] Et dicendum est de b
iure ciuili, q in titu.emptionis,& venditionis requiritur bona fides, vel probabilis error facti, qui bonę fidei præsumptionem inducat tempore contractus & tempore traditionis, in cęteris verò requiritur tempore traditionis tantum: vt ff.de vsuca.l.si is qui pro emptore.§.fi.& pro solu.l.si existimans.& pro empto.l.ij.in prin. † Sed de iure canonico non re- 37
quiritur bona fides tempore contractus in his quæ de iure communi possunt possideri, cùm sine titulo præscribantur, vt dictum est: sed tempore traditionis & continuatæ possessionis vsq; in finem completæ pręscriptionis, vt patet per verba regulæ: in his verò quæ non possunt de iure communi possideri,

b Adde an omni tempore contractus traditionis & possessionis continuatæ sit necessaria bona fides.Bart.in l.2.ff.pro empto.& Ang.Areti.institu.de rerum diuisio.§.si quis à non domino, in j.glos.& in.§.actionum.colum.ij.prope finem.de action.

a Adde ad istam & seq. q. Abb. in c. si diligenti. col. 5. & in c. de quarta. colum. 2. & pulchre ibi Fely. col. 7. versi. quandò in præscriptione. de præscrip. & Christoph. Porc. instit. de vsuca. in glo. error. & Ange. Aret. in .§. nouissime. col. 2. eo. tit. Cyn. & Bal. in l. vendicationi. C. pro empt. & Bald. in l. nullo. C. de rei vendic. & Ludo. de Rom. in suis sing. fol. 3. incipien. vlt. & Alexã. consil. 73. col. penult. versi. vnde dictus. lib. 2. & in consi. 46. penul. col. ver. & nota. lib. 3. vbi dicit, quod error iuris non causat bonam fidẽ quo ad præscriptionem etiam lõgi temporis, vt probat glo. iuncto text. in c. apostolicę. de donat. & tenet Dy. hic in seq. & clarius per Paul. de Cast. in l. Celsus. 2. col. ff. de vsuc. & And. Barb. in c. pastoralis. de donation. & Abb. in c. 2. de his quæ fiunt à prælat. vide Docto. in proxi. postil. alle. & Abb. Sicul. in consilio 19. volum. 2. de errore iuris. Io. de Imol. in cõsilio 98. iuxta finem.

sideri, in quibus pręscribendis requiritur titu lus, dicendum foret, quod bona fides non requiratur tempore contractus, & tempore traditionis & continuatæ possessionis, nisi post tẽpus contractus mala fide celebrati error facti probabilis interueniat qui malę fidei præce-

38 dentis suspicionem remoueat. † Item quæ-

a rendum est si possessor errauit in facto, a vtrũ dicatur malę fidei vel bonæ fidei possessor? & dicendum est quod error facti probabilis prodest, quia bonę fidei apertam præsumptionem inducit, vt ff. de vsucap. l. iusto errore. §. filius, & l. non solum. §. quod vulgò. & pro empt. l. quod

39 vulgò. ¶ † Item quæri pôt, si errans in iure dicatur bonæfidei vel malæfidei possessor? Et dicendum est, quod licèt quãtum ad fructus perceptos dicatur bonęfidei, in hoc scilicet vt ad restitutionem eorum non teneatur, vt ff. de peti. hæredi. l. sed & si lege. §. scire tamen quãtum ad præscriptionem, pro malæfidei possessore habetur, vt ff. de vsucap. l. si fur. §. j. iuris enim ignorantia in vsucap. non toleratur: vt ff. de vsucap. l. nunquam. in princ. & de iuris &

40 facti ignor. l. iuris ignorantia. ¶ † Item quærendum est si errauit in iure & in facto simul, vtrum dicatur bonæfidei vel malæfidei possessor? & videtur primò quòd bonæfidei, quasi magis attendi debeat quod proficiat, quã quod noceat. arg. ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. si quis palam. E contra videtur quòd malęfidei, quasi magis consideretur illa de pluribus causis simul cõcurrentibus, quæ nocet: quàm

quæ

a Plene not. Sed glo. Bar. & omnes Doct. ibi & vbique in hoc errant, quia veritas est, quod in d.l. si vir vxori. donatarius etiam si non erret in iure, sed sciat donationem non valere: tamen statim vsucapit vel præscribit, vt est tex. in l. sed & si constante. de dona. inter vir. & vxor. [redacted]

[redacted]

quæ prodest. argument. ff. ex quibus causis in
possess. eatur. l. Fulcinius. §. quid ergo si duas.
& ad Syllanianum. l. si quis in graui. §. vltimo.
& l. qui posthumus. Sed dici potest quòd bo-
næ fidei reputetur, & quòd præscribere pos-
sit: vt probatur ff. pro donat. l. si vir vxori. &
ibi plenè nota.[a] † Ratio autem est, quia er- a
ror facti cum errore iuris concurrens, inducit 41
bonæ fidei præsumptionem, & eius oppositum
remouet. sed in §. quid ergo si duas. & l. si quis
in graui. §. vltimo. & l. qui posthumus. consta-
bat de mala fide: & ideo per aliam causam cō-
currentem, quæ est de bona fide, non amoue-
tur veritas malæ fidei de qua constat: cùm in
incertis, non certis locus sit coniecturis: vt ff.
de verborum obliga. l. continuus. §. cùm ita.
aliàs, si de mala fide non constaret, præsum-
ptionem induceret. ¶ † Item quæri posset, si 42 a
defunctus habuit malam fidem, & hæres bonā
vtrum bona fides hæredis prodesse debeat?
Et è contra si defunctus bonam fidem & hæ-
res malam, an mala hæredis nocere debeat?
& cùm mala fides defuncti noceat hæredi,
quia propter fictionem identitatis personæ,
existimatur successor vitiorum & culpæ de-
functi: vt ff. de diuer. & temp. præscript. l. cùm
hæres. & de public. l. si ego. §. partus. videtur
quòd bona prodesse debeat etiam accedens
malæ, cùm contrariorum eadem sit disciplina.
& videtur probari. ff. de publica. l. eum qui. §.
in hac actione. & pro empto. l. secunda. §. si
defunctus. sed verba regulæ huius quæstio-

a Soluunt. Sed loquuntur tantum de tempore malæfidei, quia qualitas iuncta uerbo (& idem de nomine uerbali) intelligitur secundum tempus uerbi. l. delictis. §. 1. ff. de noxal. actio. & sic solutio est, ꝙ hæres bonæfidei non impeditur iure canonico præscribere, prout aliàs de iure ciuili. & sic tam iure ciuili disponente, quàm canonico non impediente, imo tacite concedente. argu. cap. 2. de oper. no. nunt. hæres longissimo tempore præscribit, & est ueritas, quicquid Dynus hic dicat. Et ita contra Dynum Alex. consi. 51. nu. 7.

nem soluunt, a quia † quocunque tempore mala a fides interueniat ante præscriptionem completam, 43 impedit præscriptionem compleri. & propterea siue defunctus, siue hæres habeat malam fidem, sequitur ꝙ impediatur præscriptio. Posset tamen aliquis dicere de æquitate canonica, ꝙ si defunctus habuit malam fidem & hæres bonam, & vellet hæres à se præscriptionem incohare, b ꝙ posset præscribere. b

lib. 5. ibi in annotat. dixi. Philip. Cornel. consi. 296. litera O. lib. 3. Philip. Decius consi. 303. nu. 6. vbi in annota. dixi.

b Adde, ꝙ contra Dyn. hic tenet Abb. in c. si diligenti. de præscrip. ꝙ imo mala fides defuncti impediat præscriptionem hæredis volentis eam de nouo incohare. & tenet do. Abb. in c. nihil. columna tertia. eo. tit. Butr. in d. cap. si diligenti. Imo. in c. fin. colum. 2. eo. tit. dicens, ꝙ iura allegata per Dyn. hic loquuntur in successore qui non causat ius à defuncto, ut prælatus, & tenet idem Bar. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poss. & Bald. in authen. ad hæc. versic. sed quid dicemus de hæredi. C. de vsuris, col. 4. Ludo. de Rom. in consi. 169. columna secunda & in consi. 201. col. 2. & Abb. consi. 19. 2. vol. & in consi. 2. incip. nitar in præsenti. col. 23. q. 14. eo. uol. vbi dicit dictum Dy. procedere in terris ecclesiæ, non autem in terris imperij, vbi debet seruari ius ciuile, ex quo potest seruari sine peccato, & contra Dyn. tenet Alexand. in consi. 84. lib. 1. & in d. l. Pomponius. §. cum quis. col. 12. & in consi. 4. col. pen. 3. vol. & in consi. 38. eo. vol. & in consi. 231. col. 3. eo. lib. sed opi. Dy. tenet Bar. in l. cum hæres. ff. de diuer. & temp. præscrip. & in l. vitia. C. de acquir. poss. Imo. in capitulo illud. columna secunda de præscrip. Ange. Aret. instit. de vsucap. §. sed tamen id. dicit, ꝙ licet possit hæres inchoare ex persona sua, tamen tenetur exonerare animam defuncti. & idem Alexan. in consi. 50. 1. vol. col. 3. ver. quinimo. & opi. Dyn. sequitur Bald. in l. eum qui. §. in hac actione. ff. de public. & in l. nihil. C. de vsuca. pro hærede. de quo late Maria. de Senis in rub. de causa pos. & proprie. in 3. tract. art. 4. vers. 5. competit publiciana vbi probat quòd etiam in terris imperij si hæres non vult vti adminiculo defuncti, præscribit cum bona fide, non obstante ꝙ ꝓbet mala fides defuncti, sed Ang. in l. si ergo. §. partus. ff. de pub. act. dicit Dyn. ꝓcedere in terris ecclesiæ, & c. plura ēt circa materiā accumulat Alex. in d. l. cū hæres. in additionibus. ad Bar. & plenius in d. l. Pōponius. §. cū quis. col. 12. sed Fel. in d. c. si diligenti. col. 5. ver. contra. opi. famosam Dy. dicens, quòd pauci sunt qui recedāt a prima opi. quia com-

munior est. contra Dy. sed secundum eũ opin. potest habere locũ in duobus casibus. quos vide ibi per eum. & Alex. vbi supra. & adde ad supra dicta Pau. de Castr. consi. 259. in nouis. & Alexand. lib. 1. colum. 3. in fin. uersi. 2. Cyn. & Imol. l. seq. §. hęres. ff. de vsucap. & Alex. consi. 3. col. vlti. in prin. 5. vol. & in consi. 99. col. 1. versi. & ideo. lib. 4. & Ang. in. §. furtiuę. in. stit. de vsucap. & in. §. sed iste. col. 14. de act. qui ponit 12 limit. ad authen. malę fidei. C. de pręscript. long. temp. & ibi vide Cyn. & Abb. & fel. in c. de quarta. 7. vers. si mirũ. vbi ponunt ꝙ mala fides defuncti non nocet successori in beneficio, sicut nocet hęredi uniuersali, quia nõ habet ius a defuncto sicut hęres, idem tenet gl. in regula, cũ qui. infra. eo. c. & Abb. in c. cura. de iure patr. & sequitur Imol. in dict. c. fi. de pręscriptis. col. 3. ut supra dixi in princip. vide Christophe. Por. & ibi Ias. in additio. in. §. res fisci. institu. de u suc. gloss. & Sal. in. in l. 2. C. de usucap. pro hęrede. & Bart. Bal. in l. si ego. §. partus. ff. de publi. & Ludo. Bolog. in l. tutor. rerum. ff. de admini. tutõ in primis interpre. & Decis. Parla. Delphinal. quęst. 416. & Ioan. de Imol. consi. 44. col. 2. versi. circa secundum.

scribere, cum in præscriptionibus rerum quæ possideri possunt iure communi, titulus nõ requiratur, vt in d. c. 1. supra de præscrip. lib. 6. sicut dicitur de successore singulari volẽte à se prẹscriptionem inchoare. vt ff. de acqui. pos. l. Pomponius. §. cum quis. Sed rigor iuris ciuilis qui per malam fidem defuncti, malæ fidei præsumptionem in hæredem transfundit, ut d. l. cum hæres. & in præallegato §. partus. hoc non patit. †

44 Vndecimò & vltimò quęri potest, an in præscribenda libertate [a] contra seruitutem, sit necessarius titulus? & dicendum est ꝙ non, quia fauorabilius est ius præscribendæ libertatis.

Tu adde ꝙ origi. dictum Dy. est uerum, ut plene notat Paul. de Castr. in l. 4. §. hęres. ff. de usucap. licet ipse sibi contrarius tenuerit oppositum in l. si quis sub conditione. in fin. ff. de condit. institut. & in l. sequitur. §. si uiam. ff. de u sucap. & consi. 190. incip. hæreditas dictæ puellæ. quam etiam tenuit Rapha. Cuma. consi. 67. incip. statuto ciuitatis Vincentinæ. Sed contraria opinio est communior, ut dixit Domi. apostil. & Rom. consi. 13. incip. conclusionem prędictam Decis. ubi dicit opin. Dyn. hic esse falsam, Idem nec consi. 4. incip. uidetur, inspectis his quę in themate suprascripto proponuntur. col. fi. vol. 2. & Domi. meus do. Ias. in l. Pomponius §. si quis adminiculo. ff. de acqui. poss.

a Adde Cy. in l. 1. 3. q. C. de serui. & aqua. & Ange. Aretin. in. §. eque si agat. col. vlti. uersi. dixi de seruitute. de act. instit. & Bal. in §. 1. col. 2. versi. sed in dubiũ reuoco. instit. de seruitu. ubi plene distinguit inter libertatem seruitutis rusticæ & urbanæ idem Bar. in l. 2. authen. iura. ff. de seruit. vrb. præd. & uide Bar. in l. sequitur. §. si viam. ff. de usu. & de libertate præscribenda contra ecclesiam, uide Inn. Imol. Abb. & Sali. in c. de quarta, col. 14. versi. utrum in pręscribenda, de præscrip.

tis cōtra seruitutem, quàm contra libertatem præscribēdi seruitutē, vt ff. de vsu cap. l. sequitur. §. vlt. Cū igitur in præscribēda seruitute, non sit necessarius titulus. ut d. l. si quis diuturno. & suprà de præscri. c. 1. multominus erit necessarius in præscribenda libertate contraria seruituti. Item hoc est quasi expressum. ff. de seruit. vrb. præd. l. si ædes. in prin. & ibi nota.

In reg. Sine possessione. Argumenta.

1 *Præscriptio sine possessione non potest procedere.*
2 *Præscriptio ad immobilia, vsucapio ad mobilia proprie referuntur.*
3 *Incorporalia possidere dicuntur.*
4 *Interdictum uti possidetis, non nisi possidenti confertur.*
5 *Præscriptio in incorporalibus sine uera possessione, in corporalibus autem sine quasi possessione non incohatur.*
6 *Tignum domus coniunctum non possidetur.*
7 *Vsucapio sine possessione incheari nequit.*
8 *Vsucapio interumpitur si usucapiens possessione priuetur.*
9 *Possessioms defuncti continuatio in personam hæredis impeditur, si per alium apprehendatur.*
10 *Captus ab oStibus possidere non potest, igitur nec præscribere.*
11 *Fictio postliminij quādo ad possessionem in facto consistentem extendatur.*
12 *Ignorans quare possessionem quærere nequeat.*
13 *Ignorans per procuratorem potest quærere possessionem.*
14 *Possessio quæ necessaria sit ad præscriptionem*
15 *Possessiones duæ differentes species reperiuntur, naturalis scilicet & ciuilis. & nu. 20*
16 *Possidere eandem rem eadem possessionis specie duo nequeunt.*
17 *Interdictum uti possidetis quibus concedi soleat.*
18 *Possessio naturalis an differat à possessione pro suo.*
19 *Interdictum unde ui proprietario conceditur & vsufructuario.*
21 *Qualitates possidendi contrariæ nō concurrunt in eadē substantia.*
22 *Effectus idem producitur ab his quæ sunt eiusdem speciei.*
23 *Pupillus possessionem naturalem sine tutoris autoritate non potest alienare.*
24 *Possessio naturalis an tantùm accidentaliter differat à ciuili.*
25 *Possessio quare pedum positio appelletur.*

28 Bona fides in quibus nō sufficiat ad præscribēdū.
29 Tempus longissimum habetur loco tituli.
30 Bona fides an requiratur in præscribendis rebus incorporalibus.
31 Titulus quare in præscriptione rerum incorporalium requiratur, non autem corporalium
32 Titulus & longæua possessio quando à præscribente allegari debeant.
33 Vsusfructus qualiter & quando præscribi possit.
34 Titulus eadem ratione in usufructus præscriptione requiritur, qua & in dominiū.
35 Vsusfructus iure communi potest possideri.
36 Bona fides an requiratur tempore contractus traditionis & continuatæ possessionis & nu. seq.
38 Possessor an dicatur malæ fidei, qui ī facto errauit.
39 Possessor an possit dici ī bona fide qui errauit ī iure.
40 Errans in facto & iure an sit in bona fide.
41 Error facti concurrens cum errore iuris inducit bonæ fidei præsumptionem.
42 Bona fides an prosit heredi eius qui mala fide possedit.
43 Præscriptio impeditur mala fide superueniente.
44 Titulus an requiratur, cum libertas contra seruitutem præscribitur.

REGVLA II.

POSSESSOR *malæ fidei ullo tempore non præscribit.*

PRAEMITTENDVM est ad euidentiā istius regulę. Quis dicatur malæ fidei possessor qui præscribere nō pōt, & cōsequēter videbitur quis sit bonę fidei qui pręscribere pōt, quia † p intelligētiā 1
vnius cōtrariorū, percipitur alterius intellectus, vt ff. de accu. l. qui accusare. & de his qui sunt sui vel alic. iuris. l. i. circa princ. & de pręto stipu. l. i. §. stipulationū. & insti. de tute. in princ. † Malæ fidei a aūt 2
possessor dicitur qui sciēs cōtra canonum vel legū a
in-

a Adde quis dicatur malę fidei possessor. Abb. in c. grauis. de rest. spo. gl. Bar. et doct. in l. ex diuerso. ff. de rei vendi. et Cy. & doct. in l. certum. C. de rei vendi. et Io. de Platea ī l. quēadmodū. ver. vlt. not. C. de agric. & censit. in xj. gloss. Abb. Sicu. & Fely. in c. si diligenti. col. iij. & seq. ibi Bal. col. i. ver. quęro quæ sunt illa. de præscr. et Abb. in c. fi. eo. tit. & Bar. in l. fundum §. fundi. ff. de vsuca. et Albe. de Rosa. in suo Dictionario. ver. sine possessione. & per doct. hic & Abb. Sicul. in cōsi. 76. vlt. dubio, col. vlt. volu. j. & quomodo probetur mala fides Abb. in cōsil. lxxxi. in j. col. & Angel. consil. clx. & Hipp. de Marsil. in suo sing. xxxiiij.

a Non præscribit. Tu dic. quod hæc regula non tantum procedit de iure canon. sed imo etiam est intantum vera, vt omnes ll. quæ in oppositũ disponunt, puta l. omnes. & l. sicut. cum si. quę dicunt præscr. cum mala fide currere, hodie sint de iure cano. correctæ. prout tenet glo. Innoc. Ant. Imol. Paul. & alij mod. in c. fi. de pręscr. Bal. in l. quibus diebus. §. dominus. C. de cond. & demon. Angel. & Imol. in l. sequitur. §. si viã. ff. de vsu. Gul. de Cug. in l. si quas actiones. nu. 2. & ibi posui in apost. ad eum in ver. requiritur bona fides. C. de serui. & aqua. Panor in c. peruenit. nu. 3. & ibi posui in ap. ad ipsum. in versi. cum mala fide de empt. & vẽdi. Matth. MattheSil. sing. suo. 23. not. quod omnes leges. et Alexan. consi. 188. incip. viso tit. quæst. colũ. xii°. ver. venio ad secundũ dubium. vol. ii. & consi. xxxiiii. incip. viso processu causę. colum. j. volu. iii. quod est verũ non solum in actionibus realibus, verum & in personalibus prout tenent cõmuniter omnes doct. in locis supra allega. reprob. opi. Bart. in l. sequitur. supra alleg. de quo omnino per Tho. Ferra. in suo tract. cautelarum, c. 37. incip. explorati iuris est quod facit ad apost. seq.

interdicta mercatur, vt infra eo. c. qui contra. & C. de agri. & censi. l. quemadmodum. in fi. lib. 11. Item ille qui emit contradicente domino. vt C. de rei vẽ. l. si fundum. nam qui spreta contradictione ad emptionem processit, præsumitur fraudis particeps esse, & consequenter bona fide carere, vt ff. quæ in fraud. cre. l. ait prętor. §. si quis particeps. & de leg.
3 præst. l. virilis. §. si adierit. † Item ille qui ad vendendum venditorem induxit dolo, dicitur malæ fidei possessor. C. de resc. vend. l. si dolo. & l. dolus. Item ille qui emit ab eo quẽ sciebat vẽdere non posse, vt à pupillo sine tutoris autoritate, vel falso tutore, quẽ sciebat tutorẽ non esse, vt ff. de contrah. emp. l. qui à quolibet. & de pub. l. quæcunque. §. qui pu-
4 pillo. † Bonæ fidei vero econtra dicitur qui fraude qualibet et fraudis suspitione caret, vt quia emit vel alio titulo accepit ab eo quem credebat dominum esse, vel putauit eum qui vendidit, ius uendẽdi habere, quia credebat eum esse tutorem uel procuratorem domini. ff. de verb. sig. l. bonę fidei. Est ergo huius regulæ intellectus duplex, et vterque conti-
5 net ueritatem. Primus dicit † quòd ille qui habuit malam fidem tempore possessionis inchoatæ et cõtinuatæ, nullo temporis tractu sęu temporis conti-
a nuatione præscribit, a etiam si centum annis vel ultra possessionem continuaret. † Secundus est intellectus, quod si possessor tempore inchoatæ possessionis habuit bonam fidem, et consequenter prescriptionem inchoauit, et postea tempore procedente superuenit mala fides, impedietur processus, et effectus

a Adde dum dicit Dyn. hic præscriptionem non esse contra ius naturale, quod idem tenent Io. And. hic & Pet. de Anch. & Philip. Franc. col. 2. Abb. Sic. in rub. de præscrip. col. ij. & glo. in c. ius naturale. & ibi Card. Alex. col. 2. post prin. & Domi. j. dist. dicentes, ꝙ licet pręscriptio sit iniqua respectu priuatæ vtilitatis, tamen æqua respectu publicæ, nec ideo seruanda.
de quo vide pulchre Fely. in d. rub. col. 2. versic. dum dicit Abb. &c. & quæ res nõ possunt præscribi, & in quibus casibus nõ currit præscriptio, & quæ personæ non possunt præscribere, & contra quas nõ currit pręscriptio, vide glo. amplam in c. cum non liceat de pręscrip. & Spec. tit. de pręscri. per totum. & Abb. in consi. 94. lib. i. & an possessor malæ fidei non posit pręscribere, & iura ciuilia ĩ pręscriptione sunt correcta à iure canonico, vltra Dy. Io. And. in v q. & Philip. Franc. hic col. 2. & seq. vide Abb. in consi. iii. q. 14. vol. 2. & Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosan. Doct. in c. si diligenti. & in c. vigilanti. & c. fi. de præscr. & sing. Alex. in consil. 34. col. 2. in prin. lib. 3. & in consi. 119. col. 2. in princ. vol. 4. & Cy. & Dec. in auth. malæ fidei. C. de præscr. x. vel xx. ann. Bar. Ang. & mod. in l. sequitur. §. si viam. & Alexan. in apostil. ibi. & Bart. ff. de vsucap. & Ang. in i. j. C. de præscr. 30. ann. & Bal. in c. si quis per 30. & ibi Card. et Alex. si de feud. cõtrouer. fuer. inter dom. & agnatũ. & Bal. latius in c. fi. de pręscr. & Ang. in repe. l. j. de iudic. & vide Bar. in l. hæc autem iura. ff. de serui. vrb. pręd. vbi cpt. Bar. & in d. §. si viã. reprobatur, volẽdo ꝙ iura ciuilia non sint correcta a iure canonico, vbi præscriptio causatur ex negligẽtia alterius sine aliqua possessione pręscribẽtis, & ipsum Bar. reprehendit Bal. in consi. 350. circa fi. lib. 2. de quo vide Fel. in d. c. fi. de pręscri. qui enumerat plures Doct. cõuenientes cũ do. Bar. tamen cõtra Bar. cõmunior est opi. & ibi ponit quatuor declarationes, & saluationes &c.

effectus præscriptionis inchoatæ, & ideo illa verba,
vllo tẽpore, determinare possunt pręcedẽtia & subsequentia, nam secundum primum determinant
sequentia. Secundum vero secundum determinãt
præcedentia. Sed opponitur secundum primum,
iure cauetur† quòd malæ fidei possessor pręscribit 7
saltem spatio triginta vel quadraginta annorum, C.
de pręscrip. xxx. anno. l. omnes. Sed sciendum est
quòd hic legislator considerauit naturalem æquitatem dispositioni diuinæ conuenientem, qua cauetur, quòd cum alterius iactura locupletari nõ decet,
ius vero ciuile considerauit rigorem ex constitutionibus hominum suadentibus aliquibus publicis vtilitatibus procedentem, id est vt dominia rerũ non
essent omni tẽpore indistincta siue incerta, vt ff. de
vsuc. l. j. propter finẽ facilius litibus imponẽdũ,[a] vt a
ff. pro Soc. l. fin.† nam iure ciuili per vsucapionem 8
triennij, quę procedit in rebus mobilibus, & in qua
requiritur titulus & bona fides, quęritur dominiũ
dire-

directũ: vt ff. de vsuca. l. 3. & de acquir. rer. do.
l. j. Itẽ in præscriptione 10. vel 20. annorum,
a quę procedit a in immobilibus & in iuribus
incorporalibus. vt C. de pręscrip. long. temp.
l. fi. & de vsufruct. l. corruptioné. & de serui.
& aqua. l. penult. in qua requiritur similiter
titulus & bona fides, quęritur dñium vtile,
cuius occasione datur vtilis in rẽ etiã contra
dñium habentẽ directũ: vt C. de præscr. 30.
annor. l. si quis emptionis. in prin. & ibi not.
9 † Itẽ in pręscrip. 30. annor. & etiã 40. si pos-
sidere bona fide inchoauerit quis, quæritur
dñium vtile, si mala fide inchoauerit, quęrit̃
sola exceptio cõtra dñium, vt d. l. si quis em
ptionis. 2. respo. adeo ꝙ mala fides post pscri
ptioné inchoatã superueniens nihil præiudi
cat in aliquo pdictorũ. C. d vsuf. trãsfor. l. vna
§. hoc tm̃. Ratio vero diuersitatis pdictorum
10 est, † q̃a vsucapio triẽnij est inducta in fauo
rẽ posside̅tis tm̃, & ideo p eã quęritur dñium
iõ qđ nihil iuris remanet penes primũ dñm:
qđ ex eo patet, q a lex dicit, ꝙ vsucapione triẽ
nij q̃ritur dñium: vt d. l. 3. de vsuca. & C. de
11 pac. l. traditionib. cõstat aũt † ꝙ simplex dñii
appellatio ad directũ refert̃. vt ff. si ager vect.
emph. l. i. & ideo fauor iste ampliat̃. vt infra
eo. ca.

a Adde an per vsucapionem vel præscriptionem quæratur dominium directum aut vtile. glo. & Bar. & Bal. Sal. in auth. nisi triecennale. C. de bon. mater. gl. Io. Fab. Ange. Aret. inst. de vsucap. in prin. & ibi Bald. col. 2. cum seq. & gl. Bal. & Sal. col. 4. & 5. in l. traditionibus. C. de pac. & ibi Alexan. col. 2. & gl. in rubr. ff. de diuer. & tempo. præscr. & glo. in l. si quis diuturno. ff. si seruit. vend. & gl. i. l. si qs. in verb. creditores. & Sal. C. de pscr. 30. anno. Spe. ti. de pscr. in prin. Bar. in l. 3. d vsuca. & i l. Sticho ff. de vsufr. leg. & late Imol. in c. fi. col. 24. d pscr. & gl. & Ange. in auth. vt ecclesia Rom. in fin. Archid. in c. seruitiũ. 18. q. 2. & gl. in d. l. 3. d vsuca. & Ioan. And. hic & Maria. Soc. d Senis in rub. de cau. possess. & propr. uers. 18. & Abb. in c. ad aures. & in rub. de pscri. vbi cõcluditur p doct. cõiter, ꝙ directũ dñium non quæritur p pręsc. 20. vel 30. ann. & uide Sug. Fel. in d. rub. de præscr. colum. j. qui ponit regulam cum nouem fallentijs. & Alexand. consi. 88. colum. 3 in princ. versi. probauit. vol. 2. & Ioan. Petr. de Ferrar. in forma lib. in actione reali. in verb. iure domini. & Bald in autheu. hoc ius porrectũ C. de sacrosanct. eccle. col. 2. in princip. & Bal. in repet. l. fi. col. 6. C. de præscr. & Christoph. Porc. & ibi Ias de May. instit. de vsuca. 9. princ. in glo. in verbo, dominica. & Innoc. & Abb. Sicu. in c. ceterũ. de iudi. & Bar. in l. denique, ff. de aqua pluuia arcenda. & ibi per mod.

eo. c. odia. præscriptio autē 30. annorum indu- cta est in odium negligentiū tantū, non autem in fauorem malę fidei possessorū, quia illis non fauent iura, vt hic. & C. de agric. & censi. l. quemadmodum. & ideo odium illud restringitur. vt d c. odia. & l. cū quidā. ff. de liber. & posth. † In pręscriptione autē 10. vel 20. an- 12 norum versatur fauor ex parte [a] possidētis bonā fidē habentis. odiū vero ex parte nō petētis seu petere negligētis: & ideo in ea eligitur q̄- dam media via, q a ex ea parte qua dicitur inducta in fauorem possessoris, quæritur vtile dn̄ium possessori. ex ea vero quę dicitur inducta in odiū negligentis, facit dominiū directū remanere penes ipsum negligentē, ratione cuius agere posset actiōe in rē directa cōtra aliū possessorē, sed non cōtra eū qui pręscripsit, vt d. l. si quis emptionis, & hæc procedunt iuxta prædictā regulā, odia restringi & fauores conuenit ampliari. De iure vero canonico in vsucapione triennij & pręsc. 10. vel 20. annor. idē per omnia si bona fides fuerit continuata vsque ad finem extremi momenti completę præscriptionis, † sed si mala fides superuenit 13 quandocunque, ante finem præscriptionis completæ, impeditur inchoatæ præscriptionis continuatio, & hoc volunt dicere verba regulæ, prout illa verba, vllo tempore, determinant præcedentia. Item videtur hic casus de iure canonico, † quòd nec dominium nec 14 exceptio quęritur pręsc. 10. vel 20. vel 60. anno. vel etiam centum, vel etiam vllo tēporis spatio, cum interuenit mala fides. & hoc intēdit regula cū dr̄, vllo tēpore determinando sequentia: & hęc vera sunt in rebus laicorū, in rebus vero ecclesiarū, licèt opiniones sint varię, videt tū mihi † q̄ res immobiles ecclesiā- 15

[a] Adde Bart. in l. naturaliter. in prin. col. j. ff. de vsuc. & text. glo. Cyn. Barto. Bald. & Alex. in l. fi. de edic. diui Hadr. tollen. & Barto. in l. fin. ff de eo per quem fa. & Lud. Bolog. in d. l. fi. de edict. diui Hadr. tollen. in c suis secūdis interpre. dicens istud procedere præterquam in materia feudali. nam semper est præscriptio ibi fauorabilis. & alleg. Bal. in cap. j. §. si quis de mansor. col. 2. de controuers. inuest. ver. opp. ista litera facit 8. & ibi idem tenet Cardina. Alex. col. j. & adde Angel. Aret. instit. de vsuc. in princi. col. pen. in fi. & Christ. Porcum super rubrica. eodem titu. Insti. & Inno. in capi. cæterum. de iudi. Et quæ dixi. in. 6. 15. in gloss 1. de consuet. feudo.

a rum a præscribantur à priuato, & ab aliá ecclesia spatio quadraginta annorũ, vt supra de pręscr. c.1. & 2 in Authen.colla 9. de eccle.talis.§.pro tẽporalibus. C.de sacrosan.eccle. auth.quas actiones. Idẽ in bonis vacãtibus, quæ deferuntur ecclesiis, vel quę fuerant hæreticorũ, vel alia causa de quá habetur exemplũ. C.de sacrosan. eccle.l.fi. supra
16 de præscrip.c.2.lib.6.& ratio est aperta,† quia bona hæreticorũ ipso iure ex tẽpore delicti intelliguntur cõmissa seu cõfiscata, licèt occupari nõ debeant ante, quàm snia fuerit super crimen promulgata, vt supra de hære.c.cũ scdm leges.lib.6.ff.de iure fisc.l.i.§.an bona.& l.imperator.& ff.de pub. & vectig.l.cõmissa.& C.ad leg.Iul.maiest.l.pen.
17 & fin.et C.vbi causę. fisca.l.i.† sed contra fiscum
b præscribitur minori tempore,[b] quia si posſidetur cum ti-

a Adde quantum tempus requiratur in præscriptione rerum mobiliũ & immobilium ecclesiæ Rom. & aliarum etiam ecclesiarum. vt possunt præscribi. Sal.in l.2.C.cõmunia de vsuc.col.2.& Alex.consi.84.col.2.versi.2.dicimus.lib.j.& in consi.169.incip.viso themate.col.j.versi.nam ad hoc lib.1.& tex.Abb.& Fel.in c.ad aures.in prin. de præscr. & Fel. in c. ad audientiam. in versi. vlt.facias regulã.col. 8.e.tit.& Bal.in cõsi.480.in fi. lib. 3. & Ludo. de Rom. in consi. 59.col. 2. versi. vlt.pręmitto.et Pau.de Castro. cõsi.215. incip. viso puncto. in nouis. col. j. & Ange. Aret. & Bar.in.§.res fisci.& ibi Ias.in addi. ad Porcũ Insti. de vsuca. vbi habens. de præscrip.rerum ecclesiæ mobiliũ. & per Bal.in l.2. C. ne rei do.vel templo.& per Docto. Mod.in capitu.fina.de præscriptio.supra eod.lib.& Angel.de Perus.in l.prima de an.exceptio.Arch.in.§.quas.15.quæstio.3.Bal.in capitu.vigilanti.colum.penul.de præscripi.& Abb. pulchre post Calder. & Imol. in cap.j.col.6.de in integ.restit.Imol.lãe in c.illud.col.2.de pręscr.& ibi Bald.in princ.& Sal.in l.vna.C.de vsucap.transfor.post prin. & Fel. in cap.de quarta.col.viti.de præscript.& Abb.Sicu.in consi. 98.col. vlt.lib.j.& decis.Parlam. Gratianopol.Delph.q. c. cum sequen. vsque ad 155.& in q.161.& ibi in addit.& q.36.

Adde Bald.in l. sicut.in fin.& quod ibi posui in apostil.ad ipsum in verb.res immobiles.vbi citaui Domi.apostil.hic Cardin. in clemen.2.§.irritum. quęst.2. de cle. do.& Ias.de May. in auth. quas actiones, in i.no.C.de sacrosanct.ecclef.& Pau. de Castro consilio 48. alias 53. incip.in causa quę vertitur.

b Adde quanto tempore res fiscales pręscribantur. vide Docto.in l.secunda.C.communia de vsucapio. & Ioan.Fab. & Ange.Aret.in.§.res fisci.instit.de vsucapio.& Alex. in d.consi.84.libro primo & Fel. in capitulo cum nobis. columna quinta & sequen.& ibi Abb.de rescrip. & quando bona confiscata & delata pręscribantur, vide Bal. in consi. 908.ante fi.lib.3.& Paul.de Cast.consi.105.in antiq.ordine meorũ.sed

numero, antiq. est 512. & Ioan. de Pla. in l. iubemus. vers. qualiter. C. de fun. patr. lib. 11. & in l. j. vers. 3. no. de bon. vacan. lib. 10. & Christoph. Porc. in d. §. res fisc. & ibi Ias. in addit. vbi ponit 2. fallen. in. §. si vero expectet. de vsuc. instit. & decis. Parlamenti Delphinal. q. 466. in prin.
a Adde Ioan. And. & Domi. in c. j. de consue. supra eod. lib. & Bald. consil. 152. libro tertio & latius in consil. 401. in secundo volumine & ibi vide quid in statutis. & Alex. consilio 107. libro. 5. col. 2. in princip. versic. confirmatur. & Ioan. de Imol. in l. si viro. ff. solut. matrimo. & not. quòd cõstitutio generalis non comprehendit ea quæ ĩ specie statuere non posset. vt no. Lud. in consilio 299. colũ. 2. versicu. 2. & adde not. per Dyn. & quę ibi dico in regula, generi per speciem. fol. 40. & Bald. & Doct. moderni in l. cohęredi. §. qui patrem. ff. de vulg. & pupilla. & ad not. per Dy. vide in. §. primo col. penulti. de pręscriptio.

cum titulo, pręscribitur eo tẽpore quo pręscribere tur contra priuatũ. vt ff. de vsuca. l. quãuis. si sine titulo, siquidẽ velit possessor inchoare pręscriptionem, ex eo tempore quo cęperunt vacare, præscribitur viginti annis. sed si ex eo tẽpore quo fuerũt delata fisco, præscribitur quatuor annis. ff. de iur. fisc. l. j. ff. diuus. & §. pręscriptio. & de diuer. & tẽp. præscr. l. inter quatuor. & l. in omnibus. C. de quadrien. præscri. l. j. & ibi no. † Res autem mobiles ecclesiarum vsucapiuntur triennio, cũ hoc reperiatur iure ciuili determinatũ, vt d. §. pro temporalibus. & auth. quas actiones. nec huius contrariũ reperiatur inter canones determinatum, nisi aliquis disputando diceret ꝙ contrarium videtur caueri per cõstitutionem generalẽ, quę statuit simpliciter quadraginta annos in rebus ecclesiarum. 18
† Sed ad aliud respondetur, quòd statutum generale non derogat speciali, supra de constitutio. cap. primo. lib. 6. sed qui sustinent opinionem authen. contrariam dicunt quòd illud habet locum quando speciale & generale statuuntur eodem iure, hic a autem generale videtur de iure canonico, speciale vero de iure ciuili, quo casu non potest in aliquo derogare. Sed nihil est, quia in d. cap. primo. de constit. per summum Pontificem inducebatur cõstitutio generalis. & per alios consuetudo vel cõstitutio specialis, & tamen specialis generali derogat. Sed illud contingit ꝑ specialem permissionem summi Pontificis, alias lex generalis superueniens tolleret specialem præcedentem, vt ff. de sepul. viola. l. 3. §. diuus. Sed adhuc videtur mihi inhærendum primę opinioni. 19 a
† quia cõstitutio quę loquitur indefinite, nõ ęqui pollet vniuersali, quando non est eadem ratio & 20

conditio

conditio omnium particularium in vniuerso comprehensorum, vt ostensum est supra in prin.rub. constat autem aliam esse rationem, & cōditionem mobilium, & immobilium, ergo cōstitutio prolata simpliciter reducitur ad distinctionem authen. Romana vero ecclesia sola de iure communi gaudet præscriptione centum annorum, vt supra de præscri.c.2.lib.6.& in Authē.vt ecclesia Romana.
21 colla.3. †.Secūdo opponitur,quia videtur ꝙ licèt mala fides ab initio interueniens impediat præscriptionem inchoari,non tamen tollit effectū inchoatæ, q̄a quæ ab initio aliquid fieri impediūt, ex post facto superueniētia non tollūt iā factū, vt infra eo. factū legitime.ff.eo.l. in ambiguis.§. non est nouū.
a Sed solutio a patet † ꝙ si factū est ꝑfectū,casus su-
22 perueniens q̄ ab initio impediret non tollit iā factū ,vt in ꝑdicta regula factū legitime. & in præal. leg.§.non est nouū.sed ibi factū erat inchoatum & non perfectū,casus superueniens q̄ ab initio impediret inchoari,impedit ēt perfici inchoatū.an loquitur hic, prædicta solutio probatur ff. de verb.obli. l.si sub vna.§.si quis.& pluribus.§. & si placeat.de seruitut.l.pro parte,& de seruitut.rustī.prędi.l.via. §.quicunque.& plene dicitur infra eo.ca.factū.per
23 quod patet† ꝙ ius canonicum rectius procedit circa tractatum præscriptionum q̄ ius ciuile, secundū generales & communes regulas. Tertio opponitur et videtur quod quantūcunque omni tempore interuenit bona fides,pręscriptio nō posit procedere,

a Adde ꝙ mala fides superueniens de iure canonico nocet ꝑscriberiti, vt hic.& no.Doc.in c.si diligenti.& c.vigilanti,c.fi. de præscr.secus de iure ciuili.vt est tex.& ibi Cyn.Bald.& Ang.in l. vna, C. de vsucap. transfor.& Ang.Aret.instit.de vsucap. in prin.col.3. & ibi Christoph. Porc.& pulchre Ias. in addit. ad eum, & Alex.in addit.ad Bal. in d.l. vna. & per ipsum Bald. in l. super longi. co. iij. C. de præscrip.lōg.temp. 10.vel.20.ann. & Bar.in l.naturaliter. ff. de vsucap. sed superueniētia malæ fidei post cōpletam præscriptionem non nocet in foro conscientiæ, vt no. Abbas post Card. & Imol. in c. vigilanti. de præscrip. & Angel. Aret.de vsucap.in prin. col. 3. & Ioan. And. hic.Bald. in l. cum quis. C.de iur.& fac. igno. & Petr. de Ancha. hic, col. 22. versic. quæro circa dubium. & vide Lud. de Ro. in rubr. de arbit. 2. col. Imol. in c. fi. de præscri. Ange. in repet. l.1. C. de iudi. Bal. in d.c. vigilanti. per plura iura, maxime per text. meliorem de iur. & glo. incognita secundum eum in l.1.§.fi.cum l.seq.ff. de itin.actuq; priuat.ibi,neque enim corrūpi. aut mutari superueniēte delicto potest , quod legitime transactum est.vide Fel.in d.c.vigilanti.col.vlt.versi,superueniētia.Et Abb. Sicu.in consi.3.q.13. & seq.vol.2.

a Adde Cyn. & Bald. in l.placuit.C.de iudic. quæ alleg.hic Dyn. & vide Bar.& Doct.in l.1.C.de legibus.& plene per Doct.post gl. in c.fi. de transac.per Spec. tit.de leg.§.dispensatio.versi notandum.cum seq.& Alex.in d.l.placuit.& per Fel.in c.vigilanti.col.4. versi 5.de præscr.& Bar.in l.1.ff.de vsucap. & Fel.in c,cum illorum,col.3. de sent.exc.& in c.2. col.1. de re iudica.

re:constat enim quòd æquitas naturalis scripta est, qua cauetur neminem cum alterius iactura locupletari debere: vt ff.eo.l.iure naturæ.& de cond.inde.l.nam hoc natura.& de instit.act.l. si quis mancipiũ.§.Proculus.† Cùm ergo rigor iuris præscri- 24
ptionem inducens simpliciter scriptus reperiatur, præualere debet æquitas naturalis.C.de iudic.l.placuit.& ff.depo.l.bona fides.Sed dicendum a est, quòd a
vbi reperitur æquitas scripta in genere,& rigor cõtrarius in genere, præualet æquitas: sed vbi reperitur æquitas scripta in genere, rigor in specie. sicut est in proposito, quia æquitas generali naturaliter dictat neminem debere cum alterius detrimento locupletari; rigor verò dictat specialiter præscriptiones procedere in alterius damnum,fauore bonæfidei possessoris,in odium negligentium, prefertur rigor; quia in iure nostro generi per speciem derogatur: vt infrà eo.c.generi.ff.e.l.sẽper in iure. cum multis simi.† Quærendum est aũt vtrũ de iu- 25
re canonico requiratur in præscr.titulus b & bona b
fides.

a Adde ꝙ idem est si dicatur in diebus illis per text.in d.l.inter illam. secundum glo.& Bar.Alexand.in l.eum qui Calendis, in princip.ff.de verb.oblig.& Ang.in l.libertas.§.fi.ff.de manu.testa. Sed quid si aliquis promittit alicui in tribus terminis dare decem, nec dicit de quibus intelligetur. Dicit Bar.ꝙ isti tres termini debent intelligi de tribus annis.vt ipse not.in l.3.in princip.ff.de annuis legat. & Alexand. in d. l.eum qui.licet Ludo.Rom.ibi teneat contrarium. Et ad omnia prædicta ui de Feli. in cap. plerumque de rescript.qui idẽ enent seq. Bartol.

b Adde quando pluralis locutio ad minus requirat tria gl. sing.in.§.& qd sæpe. & ibi Ludouic.Bolog.in suis interpretationibus post Ange. in auth.

¶VERBI gratia, si libertas seruo legatur post annos, de biennio intelligitur. ff. de manumissis testamẽti.l libertas.§.post annos. Item si proponitur vel legatur post dies, [a] de duobus intelligitur; vt ff.de verborum significatione. lege, inter illam.§. illa legata.† Item vbi requiritur numerus testium si certus non adijcitur, sufficiunt duo, vt ff.de testibus l.vbi numerus. † Sed videtur quòd pluralis locutio requirat tria, [b] & non sit contenta numero duorum.vt ff.de optio.leg.l. j. sed si dici potest vt ibi per glo.notatur. Item econtra videtur ꝙ sit contenta vno tantum, & non requirat necessariò duo, quia si lego tibi Stichum & Pamphilum sub conditione, si mei erunt cum moriar, & vnus tantùm sit meus tempore mortis, valet tantùm in eo legatum vt ff.de condit.& demonstra.l.falsa.§.fi.† Sed ibi non dicit quòd pluralis locutio sit vno [c] contenta, sed ibi dicit quòd geminat significationẽ singularis,

Margin: 1, a, 2, 3, b, 4, c

de trien.& semis.collat.3. Aliquando significat plura secundum subiectã materiam.vt l.sed ea.ff.de leg.& per Barto.in l.seruo.ff.de optio.leg.& quæ notauit Ange. Aret.in.§.fi.instit.de iure persona.& Bald.in §.libertinorum.instit.de liber.& Card.Alex.in c.si officia.49.dist.& Bal.cõsi. 399.col.3.versi.redeo ad primum.& consi.seq.colum.4.ver.& dico.lib. 2.& Archid.& Io.And.in c.is cui.§.si vero.& de præben.supra eo.lib. & Ang.Are.in tract.Malefi.in verbo pluribus.& ibi Ang.de Arimino in addi.& cõsi.112.col 2.versi.ꝓp ea.lib.3.& Bar.in l.quartã.§. si quis vnam,& ibi dixi in apostil.ad eum in versi.pluralis.in apost. de leg.1.

c Adde quando pluralis locutio verificari possit in singul.Io.Fabr.& Ange.Are.inst.de iure perso.in princ.col.1.& Bar.in l.falsum.§.fi.et ibi Bal.& Bar.Soc.de Senis.ff.de condic.& demon.& Fel.pulcherrime & late in c. omnes leges.1.distin.in prin.& Bal.consi.443.vol.1.& Alex. consi.136.in tit.pri.& in 2.col.vol.5.

Adde omnino Bal.in l.ꝗuis.& in l.pen.de impu.et aliis substi.et in l. cum quidã.C.eo.ti.Bar.in l.seruus.§.si pluriũ.in prin.ff.si quis caut.Car. Alex.in cle.1.q.32 de fo.compe.Pan.in c.vt priuilegia.nu.2.& ibi dixi in apostil.in versi.in singularitatẽ.de priuileg.& Alex.consi.84.vol.4.

laris, id est operatur illud quod duæ singularitates diuisim prolatæ, sicut patet. ff. de leg. 3. l. qui concubina. §. si Stichus. & C. de impub. & alijs substit. l. quamuis. & ff. si quis caut. l. si seruus. §. 1.

In reg. Imputari. Argumenta.

1 *Conditio potestatiua si non impleatur, quando non implenti imputetur. & nume. seq.*
3 *Legatum quando impediatur per casum contingentem in persona alterius.*
4 *Conditio non impleta quando imputetur & cui. & nu. seq.*
6 *Conditionem implere impeditus quando sibi præiudicet.*
7 *Conditio causalis quando pro impleta debeat haberi.*
8 *Conditio mista quæ sit, & quando pro impleta habeatur.*

REGVLA XLI.

IMPVTARI *non debet ei per quem non stat, si non faciat quod per eum fuerat faciendum.*

1 ¶ † PROPRIE procedit istius regulæ intellectus in conditione potestatiua quæ pendebat ex facto legatarij tm̄, vel heredis scripti, vel ab alterius cui erat adscripta. Nā si impediatur eā implere p casum, nihilominus debetur relictū, quia non stat per eū quominus faciat quod per eum fuerat faciendum, vt ff. de condit. insti. l. quæ sub
2 conditione. §. quoties. † Item in ea quæ pendent ex facto illius cui adscribitur, & alterius, si impediatur per eū ex cuius facto pendebat. Sed si impediatur per casum in sua vel alterius persona cōtingētem, relictū non debetur, & tamen non stat per eū quominus faciat quod per eū fuerat faciēdū, vt ff. de cond. & demon. l. in testō. & l. Titio. §. si cùm ante nuptias. & ideo melius procedit in conditione vere potestatiua, id est, quæ pendet ex facto illius tantùm cui adscri-
3 bitur. Sed regulæ supradictæ videtur multa obstare. † Primo, quia iure cauetur ꝙ si legatum mihi relinquatur sub conditione quæ pēdet ex facto meo & alterius, & impedior per casum in alterius persona contingentem, legatum non debetur, vt ff. de cond. & demonstra. l. in testamento. & supra proxime dictum est. Item si relinquitur mihi sub conditione, si intra 10. dies ascendero Capitoliū, & impediar

a Adde de natura cuiuslibet condõnis. s. ptãtiuæ, casualis, & mixtæ gl. Cyn. Bar. Bal. Saly. & Ale. in l. i. & in l. si põt. et ibi Bñdictũ de Plõbi. in repe. C. de instit. & sub. & gloss. & ibi late Bar. et Doct. In sup Barth. Soc. de Sen. i l. testõ. col. 2. ff. de cõd. & demonst. Et hic adde Dy. & q̃ ibi dico i reg. cũ nõ stat. infra. eo. & Bar. in cõsi. 13. & ibi Ber. Landr. in addi. & Ias. in d. l. 1. & l. si pater. de instit. & substi. b Adde ꝙ Bar. in l. Gaio. §. Imperator. ff. de alim. & cib. leg. & in l. in illis libertis. ff. de cõd. & dem. & in l. qui cõcubinã. §. vxori. ff. de leg. 3. & sing. in cõs. 211. reprobat hoc Dyn. onus nõ videtur adiectum in dubio fauore legatarii specialiter in legata alimentorũ licet Dy. contrarium voluerit. & regula, cum non stat infra.

impediar quominus ascendam, conditio non habetur pro impleta licèt dies quibus fui impeditus non computentur, vt ff. de conditio. & demonst. l. quib. diebus. † Præterea vt hæc & alia contraria ad præ 4
sentis regulæ materiã pertinentia soluantur, distinguendum videtur, qa aut erat implendus modus, aut implenda cõditio. primo casu siue impediar per casum contingentẽ in personã meã, siue contingentẽ in personã alterius, ꝓ impleta haberi debet, vt ff. de leg. j. l. si fundũ ꝑ fideicom. §. Iulianus. & de leg. 2. l. Lucius. §. quisquis. Secundo casu aut erat condi
tio potestatiua, aut erat casualis, aut mixta. a potesta a
tiua aut pendebat ex facto meo tantũ, aut ex meo & alterius, si ex meo tantum, aut impedior per eũ cuius intererat non impleri, aut impedior per ca
sum aut per quendã tertiũ. † Primo casu ꝓ imple- 5
ta dẽt haberi, vt ff. e. l. iure ciuili. & de verb. obl. l. in executione. §. fi. & de cõd. & demonst. l. iure ciuili, & qñ dies leg. ced. l. si post diem. §. itẽ si qua. Secundo casu idem, quia pro impleta debet haberi si casu impedior, vt ff. de condi. instit. l. quæ sub conditione. §. quoties. In tertio casu tenetur ille qui impediuit cõditionẽ impleri. vt §. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. i. & de cond. & demon. l. quibus diebus. in
prin. † Sed si ex eo meo & alterius, aut impedior, 6
per me, aut per eum ex cuius facto pendebat, aut ꝑ casum Primo casu nõn habebitur pro impleta. Secundo casu pro impleta habetur. Tertio casu aut conditio est adiecta in fauorẽ meũ, aut illius in cuius personã contingit casus, aut vtriusq;, aut dubitatur. Primo casu habetur pro impleta. Secundo casu videtur deficere, & ideo non habetur pro impleta. Tertio qñ vtriusq; si impediat per casum in alterius personam contingentem, non habetur ꝓ impleta. Quarto qñ dubitatur, præsumitur in fauo
rẽ illius [b] cui aliquid erat sub cõditione ascriptũ, b
& ideo casus alterius personam contingens nihil nocet, vt probatur. C. de instit. l. 1. & ff. de condit. & demonst. l. Titio. §. ante nuptias. & §. seq. & l. in testamento.

cod.& glo.in l.1.C.de leg.& Doct.in l.annua.in prin.ff. de ann.leg.sed Bal.sequitur Bar.reprobando. Dyn.hic in suo consi.150,lib.2.& in q.an alimenta legata possint peti extra domum hæredis. vbi cõcludunt.Bar.& Bald.ꝙ non,si in domo potest commode morari, secus si impediatur propter factum & sæuitiã hæredis. vt probatur expresse in l.concubinã.

testamento. & de annuis leg.in l. Seio.in princ. & l.Mæuia.in prin & de alimen.leg.l.Gaio.§.j.de cõ
7 ditio.& demonst.l.illis.† Sed si erat casualis condi tio expectaretur euentus conditionis.licet.n.impe diatur impleri per casum,nõ habetur pro impleta, vt C.de cad. toll l.j.§. finaũt.& no.ff.de condit.&
8 demonst.in rub, † Si mixta, dicendũ est ꝙ mixta sumitur duobus modis.nã in vno casu dicitur mix ta,q̃ pẽdet ex facto meo & ex casu, & in illa seruet idem

.§. vxori. ff. de leg.3. & de annuis lega.l.Mæuia.in prin.et.§.1.& de alimentis legat. l.4 §.fi. & ibi Bar.& Alex.in addit.& plene Bar.in l.1.eod.titul. & Bal. in l.j. & in l.annuali. C. de leg.& Bal.in authen.hoc loco.col.pen.C.si secundo nub.dicit qđ nouerca non tenetur stare cum priuignis.& idem dicit Bal.in rub.de cohabit.cleri & mulie.Et vide Spe.in tit.qui filii sunt legit.supra versi.quid si viro absente.& ibi Ioan.And.in addi.& Alex.in l.i,C.de insti.& substit.col.2.et Bar.in l.diuortio.in prin.ff.soluto mat.Et idẽ est in marito q̃ atrociter vxorẽ suã verberauit.et quę aufugit,sc'dm Dy.Cy.& Doct.in l.qđ in vxorẽ.C.de neg.gest,secus esset si vxor sua culpa recessisset, vt no.hic in c.significasti.de diuor.& Bal. in l.q̃uis.C.de leg.& decis.Parla.Delphin.q.429.& ibi vide,in materia alimentorũ plures q.qd in filio q̃ dẽt alia patre, & vult habitare seorsũ,an debeat ali.vide Imo.post alios.& qđ dixit Ale.in l.si cũ dotẽ.§.transgrediamur.in fi.ff.sol.mat.& ad p̃dicta vide Alex.in consi.3.col.1.volu.4.& Io.de Ana.in consi.53.incipien.visis his.& ibi Lud.Bolo.in addi.& Ang.consi.105.incip.donat.flor.& Alexã.in consi.100.col.1.lib.1.& Ang.& Sal.& in d.l.C.de leg.& Pau.de Cast.Insti.l.diuortio,gl,Ang.et Lud.bolo.ĩ suis sĩgłis interpre.in auth.q̃ incest.nup.in prin.Bar.& Pau.de Cast.in l.cũ 2.§.in cõ.ff.de transac.secus est in alimẽtis,& relictis scholari.nã debẽt p̃stari in loco studii.vt no.Bar.in l.sed si susceperit.§.si libertis.in fi.de iud.& Lud.Bolo.in d.auth. de incest.nup.vnde dicit Inno.in c.fi.de magist.ꝙ doctor diues tenetur alere scholares pauperes.quia idem Lud.de Ro.in suis sing.fol.4.col.4.

Voluit allegare Rom.sing.suo 138,incip.volo vnũ dicere,& incẽptum dicit ꝙ p̃r tenetur filiũ alere ẽt habitantẽ seorsũ. amplio, vt teneatur ẽt alere vxorẽ & filios eius si nõ habent vnde cõmode viuant,vt no.Bal.in l.vbi versi.ista qõ.C.de iure dot.dixi in apost.ad Bar.in l.libertis.§.Lucius.in verb.domi.in fi.post.Alex.ff.de alimen.leg.& in addi. ad Panormi.in c.ex literis,nu.5.in versi,ad alimentandum filios, de conuer.in fi.& an pater putatiuus repetat alimenta a filio putatiuo præstita , vide quod dixi in appostil.ad istum in l.si neget in versi.cum alimentandi.ff.de libe,agnos.& Bar,in l,i.§.cõpetit,ff,si mulier. ventr,nomi,l possi.mit.

§ Adde quando accessorium sequatur naturam sui principalis Bal.cōs.30.in princ.volu.2.& in l.his.§.mancip.ff.sol.matr.& gl.& ibi Lud.bolog.in l.fi.de condictio.indebi.in primis interpre.& Hyppo.de Marsi.in suo sing.17.incip.accessorium.& Alberi.de Rosa.hic.& in seq.regul.& an sublato principali tollatur accessorium.uide Cy.in l.2.& ibi Doct.C.de luit.pign.& quod no.in l.si paternam.per Bald.& Lud.Bolog.in suis secundis interpr.C.ad Velleia.et Ioan.Fab.in d.l.2.& Bar.in l.j.ff.de pen.leg.& in l.fi.§.Lucius.& ibi Doct.Moder.ff.de condictio.indebi.& Philip.Franc.hic.& Card.Alex.in c.si laicus.20.distin.& accessoriū non pōt trahere ad se principale,nisi ex primatur.vt dicūt Petrus de Ancha.& Fel.in c.cū M.in col.9.circa prin.de cōstit.Et vide qñ extinguatur accessorium extincto principali Lud.bolog.in l.vtique ff.de rei.vendi.in primis interpreta.& Alexā.in addi.ad Bar.in l.nō vtique.et ibi Lud.bolog.in primis interpr.ff.de eo quo cer.loco.& vide Lud.de Ro.in consi,333,& in sing,577,versi,tu habes regulam.

idem quod in causali,vt no.ff.de cōd.& demon.in rub.Alio mō dr̄ mixta,q̄ pendet ex facto meo & alterius,& in illa q.d iuris seruetur,dictū est.s.Dyn.

In reg.Accessorium Argumenta.

1 *Accessorium sequitur naturam principalis.*

2 *Accessoriū qñ non sequatur naturam principalis.*

REGVLA XLII.

ACCESSORIVM *naturā sequi congruit principalis.*

¶† Si alicui cōceditur gratia, & executores dentur,sicut nō finit gratia morte cōcedentis,ita nec finitur executoris officiū,q.a accessoriū naturā sequi congruit[a] principalis,vt supra de offi.deleg.c.si super gratia.li.6.& videtur hæc regula obtinere,siue tractetur de principali inducendo,siue tollendo,siue cōfirmando.de inducendo probatur in d.c.si super gratia,de tollēdo probatur.ff.de penu.leg.l.3.& de pecul.leg.l.1.2.3.& 4.& de fund.instr.leg.l.fundi.& de eo quod certo loco.l.centū Capuæ.§.fi.& C.d' vsur.l.eos.& in reg.iuris ciuilis.l.cū principalis.de confirmando,ꝓbatur in præal.c.super gratia,Obstare tñ videtur.ff.de eo qd' de certo loco.centū Capuæ.& l.fi.vbi accessoriū naturā non sequitur principalis.†Sed dic,ꝙ aut i accessorio reperitur prouisio vel dispositio specialis,aut non. Primo casu habet locū contraria. Secundo habet locū regula,& cōcordantiæ regulā cōfirmātes. Eodē modo rñderi pōt.ad l.si cui fundū.de fund.inst.

(Right margin: 1 beside "Si alicui"; 2 beside "congruit"; 2 beside "Sed dic".)

a Adde, ad istam regulam & sequentem gl. & Doct. in c. nonne. de præsump. Cy. & Doct. in l. inuitus. C. de procur. & Bar. in l. quæ dotis. & ibi Doct. Moder. & Bar. & Soc. in l. 2. §. voluntatē. ff. sol. matr. & Ang. Are. §. pen. insti. quibus modis ius patr. pōt sol. & de legit. paren. tut. in prin. & Anto. Corse. in suis sing. in litera, licentia, & in litera, minor. & Bar. i sua disputatio. incipien. mulier habens. col. 4. versi. circa secūdum. & Alexā. Imol. in consil. 1. col. pen. l. fin. lib. 1. & in cōs. 8. 3. col. post medium. versi. sed præmis. lib. 5. & Bartol. in l. ado ptionibus. & ff. de adopt. & Abba. in c. ex parte decani. in 3. & 4. col. de rescri. & in d. ca. nonne. Innocē. in c. in Genesi. de elec. et Abb. in consi. 88. lib. 1. & in ca. pen. de proc. & aliquid. in c. cū dilectus. in j. col. de consuetu. & in ca. dilecti. de arbit. et per Speculatorem tit. depositi. §. 9. per totum. vbi vero vltra taciturnitatem interuenit aliquis actus positiuus, tunc tacens sine dubio, habetur pro consentiente, ut no. Barto. in l. quo enim. ff. rem ratam haberi. & ex hoc infertur quod q scienter recipit literas alicuius, in quibus dicebatur quod erat debitor mittentis, neque ilico reclamauit, videtur consentire. Ad hoc est bonus textus, & in l. si filiusfamilias. & ibi Bar. Ange. & Paul. de Cast. ff. ad Maced. quod nota pro literis cambii. & vide Bar. in l. Titius Seio. ff. de constit. Pet. qui illam l. filiusfamilias. esse ad illud dictum singul. pro quo vide bonum tex. in clemen. 1. de procur. & ibi Cardina. Flo. & Doct. Abb.

inst. leg. & rō est, qa prouisio & dispositio specialis derogat illi quæ virtute iuris, vel significatione uerborū intelligebatur inclusa. C. de pac. conuen. l. fi. & de vulg. & pup. substit. l. coheredi. §. qui patrē.

In reg. Qui tacet. Argumenta.

1 *Tacens cōsentit, si contradicendo impedire poterat.*
2 *Pater dicitur consentire qui permitti ut filius decurio creetur.*
3 *Cōsentire credit qui p̄sens rē suā obligari p̄mitit.*
4 *Consentit qui alium de iure suo patitur experiri.*
5 *Præsens & tacēs quādo nō præsumatur consentire.*

REGVLA XLIII.

Qvi tacet consentire uidetur.

1 ¶† Infallibiliter locū habet regula in illis q cōtradicēdo poterāt impedire qđ agebat vt supra de accu. c. 1. lib. 6. nā ibi poterant impedire ne ad inquisitionem procederetur infamia non præcedente, & ideo si præsens fuit, & tacuit, & non impediuit, consensisse videtur. Propterea frustra
2 postea nititur infirmare.a† Idem in patre quo præsente filius creatur decurio, nam si non contradicit, consentire videtur, vt ff. ad munici. l. quoties & de decur. l. honore. §. pater. Idē in fideiussore à tutore nominato, qui patitur nomen suū scribi in actis,

Abb.in d.cap.pen.de proc.& Alex. in addi.ad Bart.in d.l.qui enim.et Cepol.in cautel.24.& in consi.62.col.3.versic.7.& Ioan.Bapt.in addi. Albe.de Rosa.in dictionario, in litera tacens, & Matthæus de Matth. Inn.col.4.vers.no.mirabilẽ modũ extorquẽdi cõfessionẽ.no. tamẽ ꝙ in onerosis, & maxime obligantibus personam regulariter tacens habetur pro contradicente & hic per Dy. in reg. sequen. is qui.& no.ff.de proc. l. filiusfam.§. inuitus. secus in re concupiscibili, seu & commodum afferente.ut no. in l.qui patitur. ff.manda.et fuit theorica Inno. in d.c.In Gene. . & qđ habetur ꝑ Io.And.in gl.hic.& i c.sicut. de electio.supra.eo.lib. & vide And.Barb in d.c.cũ dilectus.de cõsue.& Ant.Corse. i suis singu litera,taciturnitas.& Alex.in l.quæ dotis.ff.solu.matr.& plene per Fel. in c.cũ M.in 16.col.post prin.de constit. vbi ponit regulã cũ 5.fallent.et Ioan.de Plat.in l.pari.C.de filiosfami.lib.10. & Bal. in d.l. filiusfam.§. inuitus.de procu.& Inn.in c.sicut tuis.de simon.& Lud.bolog. in l.si.ff. de app.in secundis interpre.& Ioan.Fab.in.§.admonẽdi.insti. quib.modis ius pat.sol. & ibi Christoph.Por.Ias. de May.in addi.1.& sing.in §.sed & si pater.eo.tit.& in l.si sine voluntate.C. de ad senat. Velleia. & in l.1.C.unde vir.& uxor.& Card.Alexand.in capitu.feriati.32. distin.& plene per Archidia.& eundem Card.in capitu.si seruus.in secundo.54. distin.& Ioan. And. hic in nouel. & Philip. Franc. ubi dicunt Archid.Ioan. Andr.& Car. Alexand. vnum non dictũ.quod si canonicus fuit electus ad aliquam dignitatem, & episcopus, eo præsente dat præbendam suam, & ipse non contradicit, valebit ex nunc talis collatio præbẽdę.& dato ꝙ postea cassetur electio dignitatis, nõ poterit tamen postea iste ad suã præbendã reuerti,ꝙ per prædicta visus est habere pro derelicta,quod no.& vide Bar.in l.1.C.de relat. dicens ꝙ in iudicio tacẽs uidetur cõsentire.& tenet Bal.in l.3.C.quomodo & quãdo iud. vide Cepolam.in cautela 123.incip.est dubiũ vers.modo pone.& vltra casus fallentiales,ꝙ tacens habetur pro consentiente. scilicet fauore pupilli.& Reipubl.vt dicit Dyn. hic in capitu. is qui.addi. Ludo. de Ro. alium fauore ecclesiæ, ut ipse no.in consilio.311. post princ. adde Bald. Abb.& Felin.in cap.nonne.ubi Fel. ponit tres regulas cum pluribus fallentijs.& uide Fel.in c.ueniens.de sim.& in c.causam matrimonij.col.3. vers.2. declaratio.de offic. deleg.& Lanfran.de Oria, in tract. suo de arbit.super verbo,emologatio.

actis, & non contradicit, quia videtur consentire, per solennẽ stipulationem se obligare.vt ff. de fide iuss.tu.l.4.§.vlti.†idem in eo qui se præsente rẽ suã patitur obligari, & non contradicit, quia consentire videtur, ut ff.de pigno.l.fideiussor.§.pater. Idẽ in filia qua præsente & nõ cõtradicẽte, cũ causã cõtradicẽdi haberet,pater experitur de dote,qa cõsẽtire uidetur. ff.sol.matri.l.2.§.volũtatẽ.†Itẽ generaliter in quocunque qui patitur alium experiri de iure ad se pertinente,ut patet per plura exempla vt ff. 3 4

vt ff. de re iudica.l. sæpe. sed contra videtur.ff. de fur.l. qui vas.§. vetare, sed ibi cōtradicendo forte non poterat impedire,& ideo pro consentiente non habetur, vt ff. de lega.2.l.Titia.§.Lucia. & ff. de pigno.actio.l.Gaius.& ibi nota. & in præallega.l. sæpe. de re iudic. Præterea contra regulam videtur aperte.ff. de re iudic.l.iure
5 autem.& de arbitra.l.sicuti, vbi † præsens non videtur consentire, licèt contradicendo poterat impedire. Sed dici potest, quòd aut agitur de præiudicio generando præsenti & tacenti, aut alteri extra personam præsentis & tacentis. Primo casu habet locum regula. Secundo contraria, sicut patet per simile in persona tutoris,qui licèt si præsens his quæ cum pupillo aguntur, non videtur propterea consentire,nec authoritatem præbere nisi expresse loquatur.ff.de auct.tut.l.1.in fi.& l.2.& 3. Item contraria videtur regula quæ immediatè subijcitur.is qui tacet,&c.sed soluet, vt ibi. Dyn.

In Reg.Is qui tacet. Argumenta.

1 *Tacens nec fateri nec negare censetur.*
2 *Dominus quando & quatenus de contractu serui teneatur.*
3 *Taciturnitas cōsensū nō operatur, ubi de aliquo obligādo tractatur.*
4 *Tacens consentire uidetur si de præiudicio uel exceptione agatur.*
5 *Tacere medium quoddam est inter consensum & contradictionem.*
6 *Medium quando trahatur ad extrema.*

REGVLA XLIIII.

Is qui tacet, nō fatetur, sed nec utique negare uidetur.

1 ¶DVO dicit. † primò quòd ille qui tacet, non videtur fateri, secundo quòd ille qui tacet, non uidetur negare. Ratio autem regulæ est, quòd tacere est medium inter illa duo extrema, id est expressum consensum & expressam contradictionem. Huius au-
2 tem exemplum propriè colligitur.ff. de tribut.l.1.§.scientiā.† nam vbi dominus expresse consentit contractibus serui, tenetur insolidum,ut ibi, vbi uerò contradicit, tenetur de peculio, & deducit quod sibi debetur.ff. de pecu.l.si quis seruum.§. etiam. & l. quoties. sed vbi tacet, & non consentit, nec contradicit, & eo sciente contrahitur, tunc eligitur quædam media via, quia tenetur tributoria, & concurrit una cum alijs creditoribus, vt in præallega.l.1.§. sententiam. Sed uidetur hæc regula directè contraria præcedenti. Et ideo solent aliqui dicere maxime.ff. de

Q proc.

proc.l.filiusfa.§.inuitus.† ꝙ vbi tractetur de aliquo obligãdo 3
taciturnitas nõ operatur cõsensum, vt d.§.inuitus.& hoc fallit propter fauorẽ Reip.in patre, quo præsente & tacẽte filius creatur decurio.ff.ad municip.l.2.& de decur.l.honores. §,fi. Itẽ fallit fauore pupilli in fideiussore tutoris q patitur nomẽ suũ scribi, vt ff.de fideius.tut.l.4.§.vlti. † sed vbi agitur de ali 4
quo præiudicio vel exceptione paranda, q tacet, cõsentire vr̃, vt in reg.præcedẽti.& C.q mil.non possunt.li.11.l.super seruis.de episc.& cler.auth.si seruus.& ff.de pig.l.fideiussor.§.pater.tñ contra prædictã solutionẽ est.ff.de fur.l.q vas.§.vetare. vbi contractus de exceptione parãda.& tñ qui tacet perinde habetur ac si non consentiret. Item obstat ꝑ eundẽ modũ. ff.de leg.2.l.Titia.§.Lucia.& de pig.act.l.Gaius.& ideo conuenictius circa ꝯm art.vbi tractatur de exceptione paranda vel præiudicio.dicẽdum est sicut cauetur in ista regula iuris, scilicet ꝙ qui tacet, non videtur consentire, nec etiam contradicere, † quia tacere est mediũ inter cõsensum & contradictionẽ. 5
Sed aliquãdo illud mediũ sumit effectum vnius extremorũ, aliquando alterius, nã si contradicendo poterat impedire, tũc tacite assimilatur cõsensui, vt d.l.fideiussor.§.pater.sed vbi cõtradicendo non poterat impedire, tũc tacite assimilatur contradictioni, vt d.l.Gaius.& l.Titia.§.Lucia.& de re iudica.l.sæpe. Et hæc vera sunt, vbi proprie non inueniret effectũ dispositionis medij, ita qđ distinguatur à dispositione cuiuslibet extremorũ.† Sed vbi est inuenire effectũ dispositionis, tũc me 6
dium non trahitur ad extrema, id est tacere non trahitur ad consensũ, vel cõtradictionẽ, sed quadã via media disponitur, vt patet in d.l.1.§.scientiam.ff.de trib.& hoc casu proprie intelligitur hæc regula, & eius exemplum. Dynus.

In reg.inspicimus. Argumenta.

1 *Verisimilius attendi debet, ubi uerba sunt obscura.*
2 *Consuetudo regionis in solutione pecuniæ attenditur maxime.*
3 *Scriptura si obscura inueniatur quis ordo teneatur.*
4 *Verisimilitudo ex quibus percipi possit.*
5 *Significatio propria attẽditur, ubi qđ uerisimilius est nõ inuenit.*

a Adde quando veriſimilitudo operetur & attendatur. Bart. Bal. Alex. & docto. Modern. in l. ſi ſeruus plurium. §. fina. ff. de lega. 1. & Bar. in l. ſi fuerit. ff. de rebus dub. & Ioan. de Imol. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de legatis. 1. Et quando in teſtibus, vide Fel. in c. ſignificauerunt col. 5. verſ. not. ff. de teſtib. in c. auditis, col. 5. de præſcrip. & ibi quid dicatur veriſimile. & in c. quia veriſimile. & ibi vel. de præſum. Bal. in conſi. 75 incip. literæ. 1. libr. & quomodo probetur veriſimile, vide Bal. in conſilio 276. eod. vol. ad de. an contra veriſimilitudinem admittatur probatio. & diſtin. ctio. ꝙ non, niſi cauſa cognita. vt not. Cardi. & docto. in c. quantum. de præſum. Panor. c. quia ueriſimile. eo. titu. facit cap. filij. de hæred. libr. 6. diffuſe tetigit Arch. 7. q. 1. c. pontifices. & Spec. in ti. de ꝓbatio. §. nunc dicendum. in prin. & vtrum maior veriſimilitudo tollat minorem not. Bald. in l. ſi ue poſsidetis. ad fi. verſi. itē not. C. de probat.

REGVLA XLV.

INſpicimus in obſcuris qđ eſt ueriſimilius, uel quod plerumq; fieri cōſueuit.

IN hac regula continetur certitudo & declaratio eius quod eſt obſcure prolatum, quod percipi-
1 tur dupliciter. † Nam primo ex veriſimilitudine, verbi gratia, Vendo tibi librũ 10. & ego vẽditor dico me ſẽſiſſe de decẽ libris Turonẽ. & tu emptor de 10. libris Peruſinorum ſenſiſſe te dicis. Dubitatẽ de quã pecunia videatur actũ, & dicitẽ ꝙ primo inſpicere debemus id qđ eſt veriſimilius. nã ſi liber valeat 10. Turõ. actũ videatur veriſimiliter de Turon. ſi 10. Peruſinorũ, tũc videatur actũ de Peruſi-
2 nis. † Sed ſi cõis æſtimatio libri mediũ teneat, ita ꝙ nõ appareat cui eſſe proximior, tũc ſequimur cõſuetudinẽ regionis, vt hic. & ff. eo. l. ſemper in ſtipulationibus. & ad idẽ. ff. de reb. dub. l. 1. & l. vtrũ. §. quæſitum. & ad Treb. l. quoties. Item ſi lego tibi 10. & non appareat de qua pecunia ſenſerim, inſpiciemus quod eſt veriſimilius, & ex vicinitate ſcripturarũ præcedentiũ vel ſequentium. vt ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. de teſt. l. hæredes palam. §. ſed & ſi notã. & de hære. inſti. l. qui non militabat. §. Lucio. Sed contra regulã videtur. ſupra eo. c. in obſcuris. vbi dicit in obſcuris minimũ eſt ſequendum. Dicendũ eſt ꝙ illa ſcđm iſtã intelligitur, quia ſequitur quod eſt minimũ in obſcuris, ideſt, vbi
a quod eſt veriſimilius a non apparet vt ibi dicitur.
3 † Ordo igitur ſecundùm intellectũ ſcripturarum obſcuritatẽ continentium hic ſeruandus videtur, quia primo ſequimur voluntatem, ſi de ea poteſt apparere, vt ff. de cond. & demon. l. pater. in prin. &

§.conditionũ verba.de reb.dub.l.ambigua.& C.de lib.præter.l.3.in secundo sequimur id qđ est verisimile,vt hic, & est.ff.eo.l.semp in stipulationib.& de reb.dub.l.cũ in testõ.& de leg.1.l.cũ res.2.respõ. † Verisimilitudo aũt percipitur aliqñ ex cõparatione rerũ adinuicẽ, 4 vel cõparatione rei ad pretiũ,vt dictũ est superius in exemplo.& ff. de reb.dub.l.1.& l.vtrũ.§.cũ quidã.Aliqñ ex vicinitate scripturarũ. vt d.l.seruus pluriũ.in fi.Aliqñ ex dignitate psonarũ,vt ff.de aur.& arg.leg.l.Titia.§.Seia.& de alim.leg.l.cũ alimenta. Aliqñ ex charita te,& necessitate psonarũ.vt d.l.si seruus pluriũ.§.fi.Aliqñ ex cõsue tudine regionis. Aliqñ ex consuetudine loquentis. vt d.l.seruus plu rium.& hic est in fine istius regulæ.† Tertiò vbi verisimilius non 5 apparet,recurritur ad propriã significationẽ verborũ , vt ff.de leg. 3.l nõ aliter. Quartò si verborũ significatio nõ est certa, sequimur quod est minimum.vt supra eo.c.in obscuris.de leg.1.l.si ita scriptũ. & l.apud Iul.§.Scio.& de leg.3.l.nummis. & l.qui concubinã.§ cũ ita.Quintò si non apparet quid sit minimum,iudicatur non valere, vt ff.de test.tut.l.duo sunt Titij.& de reb.dub.l.si fuerit.& l.si quis plurib.& de manu.test.l.cum ex pluribus.Dyn.

In reg.Is qui in ius. Argumenta.

1 *Successor eo iure utitur quo prædecessor.& nu.9.*
2 *Heredi competit ius excipiendi,quod defuncto competit.*
3 *Successores qui dicantur uniuersales & qui singulares.*
4 *Ius agendi quod defuncto competit heredi competit.*
5 *Ius excipiendi ipso iure transit in singularem successorem.*
6 *Exceptio qñ obstet singulari successori quæ obstabat prædecessori.*
7 *Ius agendi mere personale in singularem successorem non transit sine cessione.*
8 *Ius psonale in rẽ scriptã sine cessione trãsit in singularẽ successorẽ.*
10 *Successor quando eodem iure utatur quo defunctus cui successit.*
11 *Actio iniuriarum uniuersali etiam successori non permittitur.*
12 *Actiones quæ, & quando transeant ad haredes.*
13 *Pœna ex contractu debita transit in haredes.*
14 *Exceptio excõmunicationis an posit opponi successori singulari.*
15 *Excommunicatio prædecessoris quando obijci possit successori.*
16 *Compensatio obstans uenditori an posit opponi emptori.*
17 *Emptori potest opponi quicquid uenditori potest obijci.*
18 *Exceptiones quæ fideiussoribus competant,& quæ non.*

REGV-

a Adde quis dicatur proprie successor. Bal. in consi. 408. col. si ex fedo. lib. 3. & ibi ēt dicit, ꝙ successio vniuersum ius significat. facit l. nihil. ff. de verb. sign. & glo. so. rab. & Ang. Arct. insti de autho. tu. in prin.

b Adde tex. Cy. & Bal. & sequaces in l. vna. C. vt act. ab hær. & cōtra hæredes incip. & pulchrum consi. Bal. ad hanc regulā in consi. 77. incip. in quodā cōtractu. uol. 3. et Io. de Pla. i l. q̄sqs. in 3. no. C. d̄ cohort. lib. 10.

c Adde ꝙ idē tenet Bar. in sua disp. incip. ciuitatis Pisanæ, col. 4. versic. 5. Sed an successor singularis teneatur colono. uide Bar. Bal. Alex. & Franc. de Are. in l. si filio. §. si vir. ff. sol. matrimo, et Bal. in l. diuortio. in princ. eo. tit. & ibi Lud. Bolo. in primis interpre. & in l. pro uidendum. C. de decu. lib. 10. & Bartho. Soc. de Senis in rub. ff. sol. mat. col. 11. versi. pterea. & Alex. cōsi. 118. & cōsi. 117. uol. 5. & Abb. Sicu. in sua dispu. incip. Sēpronius clericus versic. ad quinium argu. & Christo. Porc. & Ias. in addit. ad eum. et ibi Ang. Are. in. §. fina. de colla, & cond. inst, & in

REGVLA XLVI.

IS *qui in ius succedat alterius, eo iure quo ille uti debebit.*

1 ¶ET de iure agendi & iure excipiēdi loquitur regula. vt ff. eo. l. inuitus. §. plerūq;. & in successore vniuersali ꝓcedit ꝑ oīa ꝓprie, tā actiue q̄ passiue. actiue qa ius agēdi qđ cōpetebat defuncto, siue erat reale, siue personale, siue mixtū, siue in rē scriptū cōpetit hæredi passiue, qa ius agēdi qđ cōpetebat cōtra defunctū cōpetit cōtra hæredē, vt insti.

2 de perpe. & tēp. & circa princ. † Itē ius excipiendi qđ cōpetebat defuncto cōpetit hæredi, & ecōtra qđ cōpetebat cōtra defunctū cōpetit, cōtra hæredē. & iō ad regulę declarationē & eorū q̄ dicta sunt ꝑ re

3 gula exponēda, dicendū est † ꝙ quidā dn̄r successores vniuersales, vt hr̄des bonorū possessores, & ex Trebellino successores, & isti appellātur ꝓprie suc-

a cessores[a] iuris, qa in ius vniuersū qđ defunctus habuit, succedūt. ff. de hęre. insti. l. quoties. §. hæred. & colligitur. ff. de verb. sig. l. nihil. Quidā verò dn̄r successores singulares, vt emptores singularum rerū & donatarij & legatarij, & isti appellantur proprie successores in rē, quia nō in ius vniuersum, sed in ius singulare succedūt. ff. de eden. l. quædā. § his aūt. & de iureiu. l. ēt si in rem. & quorum leg. l. j. §.

4 illud tenēdum. ijs præmissis dicendum est, † ꝙ ius agendi qđ competebat defuncto, cōpetit vniuersali successori. & econtra, qđ competebat contra defun

b ctum, competit cōtra hæredē b vniuersalē successorem. Item ius excipiendi quód competebat con-

5 tra defunctum, contra hæredē competit. † In singulari aūt successore dicendum est qđ ius excipiendi

c transit ipso iure in singularem successorem. c vt ff.

& in decisio.Capel.Tholo.420.& decl.Parlam.Grat.Delph.q.480.& tex.in l.arbores.§.pēsiones.& Fran.de Rampo.in suo cōsi.quod ponit inter consi.domini Ioan.Cald.tit.de loca.consi.1.& in consi.7.eo.tit. & Ang.in consi.245.col.5.ver.5.ff.de vsufr.Cy.Bar.& seq. in l.emptorē. C.de loc.& Abb.in c.si.ne prælatus vic.suas.& Lu.de Ro.in consi.22. col. 2. Bald. in consi.225.& in consi.414. li.4. & Ang. consi. 244. & Anto. Corse. in suis sing. in litera. pactum.And.et Barth. in repe. Ioanning. in c. Raynal. char. 11.colum. 3. in princ.& Oldr. in 23.col.2.post medium. de testa.sed an pactū vel cōtractū p̄decessoris seruare teneatur, vide Ludo. de Ro.in consi.116.& tex.& ibi Abb.& doct.mod.in c.veniens. de transact.& in c.episcopi de rebus eccl.nō alie.& in c.2.de rer.perm.& Bal. in d.consi.413.in consi.251.& in consi.242.lib.3.& Cy.& seq. in l.digna vox.C.de leg.vbi ponunt quid in principe, & vide pulchre Ant. Corf.in suo eleganti tractatu de potestate regia, in q.118. & deci s. Capel.Tholo.70. vbi ponit de successore in beneficio an teneatur soluere debita prædecessoris.

de contrahen.emp.l.dolia.§.cum.& de iure, l. etiā si in rem.& de hæred.vend.l.emptori.& de excep. rei iudic.l. si à te.§.Iul. & l. si mater. §. item Iul. & de reg iur.l.inuitus.§.plerunque. Item contra singularem successorem similiter ipso iure. vt ff.cō mu. diuid.l.in hoc iudicium §. si inter socios, & pro soc.l.idemque.in fi.de pigno.l.si superatus. in fi.& de except.rei iud.l.exceptio. Et hoc est intelligendum de iure excipiendi cohærente rei. † In 6
iure autem excipiendi cohærenti personæ distinguitur,quia si successor singularis habeat titulum lucratiuum,vel quasi,obstat sibi exceptio quæ obstabat actori,sed si non habeat titulum lucratiuū, tunc non obstat, nisi vteretur accessione personæ actoris,vt ff.de except.l. si in rem legatam. & de doli

Adde inquantū quærit an successor vniuersalis habeat stare colono, qa de singulari nō est dubiū ꝙ non,vt no.in l.emptorē.C.loca.,nisi hēat vtile dominiū,vel aliud ius,quia cōduxit ad lōgū tēpus, quia tunc non pōt excipi a successore singulari.no.Alex.in l.si filio.§.fi.solu. mat. vel nisi habeat hypothecā in re cōducta quia eā retinet donec restituatur sibi pensio soluta & soluatur interesse, vt per Bar.& Alex.in alleg.l.si filiofam.& idē Bar.in l.i.§.quod autē.ff.de superfic.& in l.emptorē.C.loc. & in l.fundū.ff.eo.& Bal.in l j.C de fru. & litium expen. vniuersalis vero successor tenetur stare illi. & vt no.Bar.Alex. & doct. in alle.l. si filiosa.§.fi.nisi partiario,vt per eos ibi.vbi ēt Paul.de Cast.& Lu.contra Bal.in l.certi.C.loc.& in l.1.C.de fruct.& lit.expen.& quid in vsuario successore,& dic ꝙ tenetur ei stare,vt per Alex.& Bar.in alle.l. filiosa.& in l.si habitatio.ff.de vsufr.Secus aūt est in vsufructuario, nisi sit expresse dictū, vel pēsiones reseruare domino.l.arbores.in prin.ff.de vsufru.& Bal.in l.1.ad fi.ver.pone maritus,C.de fruc.& litium expen.

a Adde an priuilegium personale vt mulier præferatur in personalibus vt d.l.vna,C.de priuil.dot.& l.dabimus.& ibi doct.ff.de priuil.cred.& priuilegiũ reale quod præferatur hypothecarijs habentibus tacitã. vt l. assiduis.C.qui pot.in pig.& fuerat.de act.insti.transeat ad hæredes. dic ꝙ non,vt tenet Bar,in d,l.vna,ver,quæro igitur,de quo ibi per Cy.Bal. & Sal. & Angel.Aret.Ioan.fab.& Iaso. in d §. fuerat. & quæ not. Dyn. in regula, qui prior.& in addi. vlt. & not. quando priuilegiatus succedens non priuilegiato vtatur priuilegio suo in materia in qua succedit. vide singu. remissiones per Fel. in cap. de quarta de præscri.colum. 14. post medium. versicu. ponit Abb. & Petr. de Ferrar. in forma libell. de restitu. in integrum. in gl. super verb. eundemque.colum. pen.Bart. in l. fiscus ff. de iur. fisc. & Abb. Sic.in consi. 9. lib.1. & decis. Capel. Tholo. & q.217.

Adde inquantum hic loquatur de priuilegiato succedente nõ priuilegiato, Bal.omnino in auth.quas actiones.nu.10.ver. quæstio stat in hoc. & quod ibi posui in apost. ad ipsum in ver.vtitur suo priui.C.de sacros.eccl. vbi etiam Cyn. & Feli. & plene per Gem.post tex.& gl.& ibi c.j.supra de iure patr.1ſto. lib.

doli exce.l.apud Celsum.§. de authoris. & §.
si cũ legitima. & §. si quis autẽ.& §. authoris.
7 †Ius aũt agendi mere personale non trãsit ad
singularẽ successorẽ sine cessione. vt ff. de pec.
l.quis ergo.in fi.& vsufr.quemadmo.caueat.l.
oẽs.§.si hæres.& de cõtrahen.emp.l.ꝙ sæpe.§.
si res.& de ędil.edict.l.sciendũ.§.deinde.& de
pec.l.si Sticho.& de verb.signifi.l.sciendum.§.
vlt.Itẽ nec cõtra successorem singularẽ. vt ff.
de eden.l. quædam.§. is aũt. ad Treb.l.1.§. si
8 hæres .C.de act.& obli.l.1.†Cum ius persona
le in rem rescriptum transit in singularẽ successorẽ sine successione,vt ff.de aqua plu. arc.
l.si tertius .§.si quis prius.& de itin. actuque
priu.l.apparet.§.1.& l.seq.Item contra singularẽ. vt ff.de acqua plu.arcen.l.empt. & l. post
venditorem.& d.l.apparet.§.1.& quorum le-
9 ga.l.1.§. † Sed oppo. ꝙ successor non vtatur
eodẽ iure quo vtitur ille in cuius locum succe
dit,vt patet in muliere quæ priuilegiata est in
personali de dote,& tamen hæres eius extra-
neus non vtitur eodẽ priuilegio.vt C.de pri-
a ui.dot.l.vnica.[a] & qui pot.in pig.hab.l. fina.§.
exceptis.Itẽ patet in extraneo hærede mariti,
vt sol.matr.l.maritum.& l.seq.& de re iudic.l.
10 sciendum. † Sed dic ꝙ aut id erat cohærens
personæ, & in fauorem personæ inductum,
aut erat cohærens rei vel causę. Nam primo
casu

casu regula non ꝑcedit, secundo & tertio habet locum simpliciter, vt ff. eo. l. priuilegia. & l. in omnibus. & distinctum est plene supra eo. priuilegium.

†Itē opponitur de act. iniuriarū. q successori et vniuersali nō datur,a vt ff. de iniur. l. iniuriarū. sed dic ꝙ aut actiones sunt ꝓditæ ad vindictā, aut ad persecutionē rei, vel pœnę. Primo casu nō trāseunt ad heredes lite nō cōtestata. vt in d. l. iniuriarū. & ad legē Falcid. pœnales. & de coll. bon. l. cū emācipati. §. emancipatus. 11

†Secūdo transeunt ad hæredes, si cōtinēt rei persecutionē. Item contra hæredes. vt ff. de act. & oblig. l. in honorarijs. sed si continēt persecutionem pœnæ, idem per omnia quātum ad hæredes actoris. quia transeunt ad eos, vt instit. de per pet. & tempo. actio. §. sed hæredibus. in hæredibus aūt rei distinguitur. 12

†Nam si pœna debetur ex cōtractu, transit contra hæredes, vt ff. de naut. fœno. l. fi. & de verbo. oblig. l. ad diem. & no. ff. de priua. delict. l. 1. in prin. si autē debetur ex delicto, tunc non transit contra hæredem, nisi lite contestata cū delinquente, vt ff. de accusa. l. ex iudiciorum. §. fi. & de reg. iur. l. scienti. & l. pœnalia. & C. ex delict. defunct. 13

a Adde qñ actio iniuriarū trāseat ad successorē. gl. Cy. Bal. & Sal. in l. fi. C. de hære. vel act. vend & Bar. ibi Alex. in addi. l. iniuriarum. ff. de iniur. vbi quęrit Alex. an pro iniuria illata abbati, agat successor. ꝓ hoc adde Bal. in l. fi. §. 1. C. de bonis quæ lib. col. 1. et per Abb. & Doct. in c. ꝙ sicut. §. super eo, de elect, & vide ad supradictam gl per Bar, in l, cum emancipati. §. emācipatus. ff. de collat. bono. tex, gl. Bald. & Alex. in l. si eū qui. §. iniuriarū. ff. si quis cau. & Bar. in l. j. §. hæredem. ff. de priuatis delict. & Bald. in l. 1. col. x. C. si ex delict. defun. & qñ actio descēdens ex delicto trāseat ad hęre. vide ibi glo. & oēs scriben. & Io. Fab. & Angel. Are. singulariter in §. pe. insti. de perpe. & tēpo. actio. et Bar. et Imol. in l. ex iudiciorū. §. 1. ff. de accusa. vnū tamē nota in materia iniuriarū, ad qđ in practica nō aduertitur, ꝙ si ille cui est illata iniuria malefactorem accusat, vel iudicē instigat, vel solicitat, ꝙ si malefactor puniatur ad vindictā publicam, nō pōt postea iniuriatus actionē agere iniuriarū pro suo interesse. tex. est celebris. & ibi Alex. in addi. ad Bar. in l. sed si vnus. §. sed si ante iud. ff. de iniur. & Cepola singulariter in caute. 59. & facit tex. & Alex. in addit. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. & dixi in. §. 17. glo. 1. in vlt. q. de iurisdictio. om. iudic. lib. Consue. Biturig.

Tu adde ad princ. huius apostil. ꝙ verū est ꝙ actio iniuriarū nō trāsit ad heredes aut cōtra eos, vt p Bal. i l. ꝑ diuersas. q. 17. C. mād. ēt post citationē, vt no. Alex. & Doc. in l. si eū. §. q iniuriarū. ff. si quis caut. secus aūt post litem contest. vt no. Bart. in l. cū emācipatus. de colla. bono. & in alleg. §. qui iniuriarum, & Card. omnino, in clem. 1. §. 1. de pœnis.

a Non obstat. Adde an exceptio excommunicationis obstans cedenti obstet cessionario. glo. in cap. 3. de iure patr. & ibi Ioan. And. Card. in c. deinceps 16. quæst. 7. tenet ꝙ non. Archi. idem in c. pia. de except. isto liq. Specu. in titu. de procura. §. sequitur. vide in versi. quid si excommunicatus. & Ioan. de Imol. in l. si cum dotem. §. si patri. ff. sol. matri. Bart. autem in l. apud Celsum. §. cũ legit. ff. de doli excep. & in l. doli mali. q. pen. ff. de nouat. distinguit, & forte melius vt ex causa onerosa quæ supra sunt dicta procedãt, ex causa vero lucratiua secus.

b Adde quod emptori cessionario potest opponi exceptio compensationis, vel alia obijci sicut poterat venditori & cedenti, vt tenet Cyn. Bal. Angel. et Saly. in lege, eius. C. de compensationibus. & Bart. Bal. & Angel. in l. si quis in rem. ff. de procur. & Specu. titu. de procur. §. j. & Bartol. Moder. in l. doli. ff. de nouatio. & Alexan. in consi. 54. colũ. vlt. volu. 2. & Bal. et Sal. in l. ꝗ stipẽdia. ff. de ꝓcur. & Bar. ĩ l. ꝗ duos. ĩ prin. ff. de leg. 2. & Pau. de Cast. in cõsi. 47. col. 2. & decis. Capel. Th. q. 93. in fi. & decis. Parl. Delph. dist. 57. & illustris. doctor do. Frãc. de Aret. in cõs. 16. in fi.

defunct. l. vna. † Quęri aũt posset an exceptio excõicationis, quæ obstat actori, posit opponi singulari successori vt donatario vel emptori, & videtur ꝙ sic ꝑ verba generalia huius regulæ. & ff. eo. l. qui in ius. & l. in his. §. nõ debeo. & l. inuitus. §. plerunq;. Ecõtra ꝙ nõ in l. apud Celsum. §. de auctoris. & §. si cum legitima.
15 † Mihi aũt videtur ꝙ cũ exceptio excõicationis personæ cohæreat, & nõ rei, ꝙ aut successor habet titulũ lucratiuum vel quasi, & tunc obstat, aut habet titulum non lucratiuũ nec
a quasi tunc non obstat.[a] d. l. apud Celsum. §. si quis autem ex causa legati. & in §. de aucto
16 ris. & §. si cum legitima. † Item quæri põt, an exceptio cõpensationis quæ obstat venditori posit opponi emptori? qõnẽ hanc mouent Glossatores iuris Ciuilis. ff. de procura. l. si qs rem suã, sed nõ determinãt. & ideo prima facie videtur dicẽdũ ꝙ non posit opponi, cũ habeat titulũ nõ lucratiuũ, vt d. §. de auctoris. & §. si cũ legitima. Ecõtra videtur ꝙ posit opponi, vt ff. de exceptione rei iudic. l. fi. & cõm. diuid. l. in hoc iudiciũ. §. si inter socios, & ꝓ so-
17 cio. l. idẽq;. §. fin. † Mihi aũt videtur ꝙ posit opponi, quia omnis exceptio cohærens rei ꝗ poterat opponi vẽditori, põt opponi & empto
b ri, vt d. l. fi. ff. de excep. rei vẽd. & d. l. in hoc iudiciũ. & l. idẽque. quòd aũt exceptio compen
18 sationis rei cohęreat, sic ostẽditur. † Iure caue tur

a Adde gl. & ibi Bar. singulariter, & Alex. in addi. vbicunque. ff. de fideiuss. & Bald. pulchre in l. iam mandator. C. de non nume. pec. & Ioan. Fab. & Ang. Are. in §. fi. instit. de excep. & Lud. de Ro. in suis sing. fol. 9. col. j. & Alex. de Imol. in consi. 66. vol. 3. & Pau. de Cast. cons. 97. uol. 1. in antiquis. & quæ not. Bal. in l. 1. col. j. versi. quæro si succurritur mulieri. C. ad Velleianũ. & Ale. i cõs. 54. i fi. li. 6

b Adde quando quis præsumatur sciēs vel ignorans. Spe. in tit. de cõpet. in d. additio. §. j. versi. sed nunquid. & Bald. in l. verius. & ibi Flor. de S. Petr. ff. de probatio. & Phillip. Franc. & Albe. de Rosa. hic. & Alex. in consi. 31. Et ignorantia an et quãdo possit quem excusare, vide Bal. i cõsi. 244. in fi. vol. 2. & quando est ignorantia credenda alleganti Bald. in consi. 150. incipien. modo restat. eo. vol. & Abb. Sic. i c. Innotuit

tur ꝙ exceptiones personæ cohęrẽtes non cõpetũt fideiussoribus ex persona rei, sed cohęrentes rei cõpetunt, a vt ff. de exceptio. l. exceptiones quæ personæ. in prin. §. rei verò. Sed exceptio compensationis ex persona rei datur fideiussori, vt ff. de compensat. l. quid. Ergo sequitur quòd rei cohæreat, & propterea possit emptori opponi. Dyn.

In reg. Præsumitur. Argumenta.

1 *Tutor præsumitur ignorare se tutorem datũ esse.*
2 *Dominus præsumitur ignorasse seruum militiam suscepisse.*
3 *Ignorantia iuris nec præsumitur, nec toleratur.*
4 *Scientia an potius præsumatur quàm ignorãtia.*
5 *Scientia rei alienæ præcedens in defuncto præsumitur continuasse in herede.*
6 *Ignorãtia iuris quãdo p̄sumatur, & quãdo facti,*

REGVLA XLVII.

PRAESVMITVR b *ignorantia, ubi scientia non probatur.*

LICET hæc regula generaliter loquatur, restringenda est tamen ad ignorantiã facti, vt patet.

l. 4. d electione. et Archi. in c. ꝓposuisti distinct. 92. & ignorãtia nõ est vitiũ. l. graccus. de leg. 3. Bal. in cõs. 210. in fi. li. 1. Et an excuset a delicto, vide Ang. Aret. in. §. pœnales. ꝟ. in ea. gl. instit. d actionib. Et nõ excusat aliquē faciētē actũ clã. vt no. Lud. de Ro. in suis singularibus incipient. reg. est col. 4. fol. 20. & vide Dy. & quæ ibi dixi in regu. ignorantia.

Adde ꝙ voluit allegare Roma. sing. suo 717. incip. regula est, qđ quacũq; p̄sona. vide qđ notaui i apost. ad istũ i alleg. reg. ignorãtia. supra. adde Fel. in c. qñ. col. pe. in prin. ver. quinta cõclusio. de cõst. et Bal. i l. 1. C. đ inter. matr. ꝑ qbus est tex. i c. cũ inhibitio đ Clan. despõ. & uide eũdē Fel. i c. cõsuluit. col. 7. ver. gl. i versi. lucē. ut alleg. gl. i alleg. l. j. ꝗ iter matr.

a Adde Bar. in l. si quis delegauerit. §. fi. ff. de noua. & in l. non fatetur ff. de confes. & in l. Celsus. ff. de vsuca. & Ang. Aret. & Ias. Mayn. in. §. si quis. col. 2. & institu. de actio. vbi expressè tenent ꝙ in proprio facto est tolerabilis ignorantia, si sit factum multum de longinquo, ꝙ intellige verum secundũ Ias. ubi supra. quando tractatur de damno uitando, quia tunc ex lõginquitate temporis bene præsumitur ignorantia in facto proprio, secus quãdo tractatur de lucro. istud est singulare quod voluit Bar. in l. qui fundus. §. seruus me. per illum tex. ff. pro empt. quod cõmendat Ange. & Ias. vbi. §. & limita alio modo per Iaso. & ibi adde Abb. in c. ab excommunicato. col. 6. de rescrip. & Alex. in consi. 134. col. penul. vers. quod hæc opi. Sal. lib. 1. & Lud. de Ro. in consi. 481. & in consi. 275. & Alex. in consi. 69. col. 4. circa fin. & in consi. 168. in princ. lib. 5. & Dy. & quæ ibi in regula. ignorantia. supra eo. & Ce pol. consi. 26. col. 6.

1 tet per exempla. † Primum enim exemplum poni potest in tutore, qui præsumitur ignorasse se tutorem datum, vt l. hoc autem. ff. de admini. tut. Secũdum patet, quia præsumitur defunctum ignorasse rem quam legauit esse alienam, vel obligatam, vt
2 ff. de proba. l. verior. † Itẽ in dño cuius seruus militiam suscepit, quia præsumitur ignorasse, vt C. qui milit. non pos. l. super seruis. quæ exempla omnia
3 pertinent ad ignorantiam facti. † In iure autẽ non præsumitur ignorantia, nec etiam toleratur, vt C. de iur. & facti ignor. l. cõstitutiones. & de legi. l. leges sacratissimæ, & ff. ad leg. Corne. de fal. l. diuus.
4 circa prin. & supra. c. ignorantia. † Sed opponitur et videtur ꝙ presumitur sciẽtia etiam in facto, quia si defunctus sciuit rem alienam, & hæres præsumitur scire rem alienam, vt ff. de diuer. & temp. præscri.
5 l. cum hæres. & de publi. l. si ego. §. partus. † sed ibi præcessit scientia rei alienæ in persona defuncti, quæ continuata uidetur in persona hæredis cũ personam defuncti representet. vt in auth. de iureiur. à mori præsti. colla. v. Sed contra hoc est apertẽ supra eo. c. cũ quis. & ff. eo. l. q in alterius. Sed dicas ꝙ aut hæres contendit per allegationem ignorantiæ lucrũ captare, aut damnum vitare. Primo casu præsumitur scientia defuncti continuata in persona hæredis, ut d. l. cum heres. & d. §. partus. Secundò non præsumitur. ut supra. eo c. cũ q. s. & ff. eo. l. q.
6 in alterius. † Vltimò distingui posset, aut allega-
a tur [a] ignorãtia facti, aut iuris. si facti, aut proprij, aut alieni, si proprij, aut proximi aut dudum remoti, si alieni, aut extranei, aut defuncti, in cuius locũ succedit. Et si defuncti, aut certat de damno uitãdo, aut lucro captando, aut potuit peritiores consulere aut nõ, ut plenẽ distinxit supra eo. c. ignorãtia.

In reg.

b Adde qñ id quod vnus ex pluribus creditoribus a debitore exigi debeat cõmunicari cum alijs, Bartol. & Mod. in l. pupillus. supra de his quæ in frau. cre dit. & Io. And. et Dec. in rub. de obli. & solu. & Bal. in l. fin. in fin. 2. q. ff. de. dosin. & tex. in l pecunia. & ibi Salic. in fi. C. de priuileg. fisci.

leg. l. si postquam. Secũdo casu, quando omnes personale, aut sunt eiusdem tituli, aut diuersorum: si eiusdem, regulariter concurrunt, non inspecta prioritate vel posterioritate tẽporis, vt ff. de priuileg. cred. l. priuile. 2. respon. & ff. depositi. l. si hominem. §. quoties. Fallit in duabus dotibus † ab eadem substantia debitis, 16
in quibus qui prior est in tempore, potior est in iure. C. qui potio. in pig. l. assiduis. §. fi. Itẽ fallit in fisco. ff. de priuileg. cred. l. quod quis. si diuersorum, si quidem sunt paria priuilegia concurrunt, si disparia, magis priuilegiati præferuntur, vt d. l. 1. primo responso a & l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. cred. † In tertio 17
casu quãdo quidam reale, quidam personale, reale præfertur, vt in l. eos. C. qui pot. in pign. habean. & ff. de pactis. l. rescriptũ. circa ptinc. In quarto casu quãdo quidã psonale alij nullum, præferuntur priuilegiati, vt ff. quod cum eo. l. sed an hic. & de pec. l. ex facto. §. fin. & de priuileg. credi. l. 2. & l. si ventri. §. eorũ ratio. & de cessio. bon. l. 1. & 2. † In quinto qñ oẽs nul 18
lũ, aut agitur ad dationẽ quãtitatis, vel speciei, vel generis, aut ad factum. Primo casu aut erãt bona possessa p creditores, & tũc omnium est æqua cõditio, vnde si vni soluatur, reuocatur pro rata p alios, vt ff. de his quę in frau. cred. l. qui aũt. §. sciendũ. & l. ait prætor. §. si debitorẽ. in fi. † si verò nõ erãt possessa per cred. si debi- 19
tor soluit, aut soluit autoritate iudicis interce dẽte, aut spõte, aut inuitus. Primo casu qñ sol uit iudi. autoritate, tũc nõ est locus reuocationi, vt ff. quæ in frau. cred. l. qui aũt. §. apud Labeo. Secũdo casu qñ soluit spõte, siue volẽs, & tũc aut oẽs creditores pariter instabãt, & tunc si debitor vni gratificatus soluat, reuocatur pro rata per alios. b vt ff. quæ in frau. cred. l. pupillus.

10 pupillus. † Si verò omnes non instabant, & vni soluatur, aut soluitur à debitore sponte, aut extorquetur ab inuito. si soluitur sponte, reuocatur per alios, vt præalleg. l. pupillus. & d. l. qui aūt. §. sciendum. ff. quę in fraud. cred. si ab inuito extorquetur, ēt reuocatur nisi vbi mora erat periculū allatura, vt debitor cum pecunia fugiebat, nec haberi poterat iudicis copia, vt in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quę in fraudē creditorum. si extorsit iudicis autoritate, non reuocatur. ff. de his quæ in fraudem creditorum. l. qui autem. §. apud La-
11 beonem. † Si aūt agatur ad factum, aut petitur, & in cōdem nationem deducitur factum, & tunc si simul creditores concurrunt, præfertur qui primo contraxit; vt ff. locati. l. in operis. sed si in condemnationem deducitur interesse, idem seruatur quod dictum est seruari debere, quando agitur ad quantitatem, vt in l. operis, & de verb. oblig. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. Dyn.

In reg. Qui sentit. Argumenta.

1 *Emptori cedit quicquid rei emptæ accidit.*
2 *Commodum quando sentire debeat qui tulit incommodū et nu. seq.*
4 *Agnata proximior sentit commodum hæreditatis, onus autem tutelæ non subit.*
5 *Contrariorum alterum è medio tollitur posito in esse altero.*
6 *Contrariorum quando eadem sit disciplina & nu. seq.*

REGVLA LV.

QVI sentit onus, sentire debet cōmodū, & econtra.

1 † SICVT post venditionē perfectam omne commodū accedens rei venditæ, pertinet ad emptorem, ita & omne incommodum accedere debet, vt C. de periculo & cōmodo rei vēditæ. l. post perfectam. ff. eo. l. id quod post. item sicut diminuta parte hæredis scripti per contra tabulas, diminuitur & legatorum onus. ita aucta parte scripti hęredis per contra tabulas, augetur & legatorum onus, vt ff. de vulg. & pup. substi-
2 tutione. l. & si contra. in fi. & de leg. 3. l. fi. & † ista regula habet locum quando circa commodum & incommodum est

a Adde ibi Io. Fab. in princ. Cristoph. Porc. & Ang. Aret. in 2. col. & onus meretur honorem, vt no. Bar. & Bal. in l. amicissimos. in princip. ff. de excusa. tut. & vide hic Ioan. And. in Mercuria. & in c. rationi congruit. & ibi Dyn. & quæ ibi dico. & Bald. & Bar. & Doct. in l. si is qui, §. si quem quæstum, ff. commo. vbi limitant hanc regulam, ut ibi vide, & Ange. in cō si. 85. incipien. ex themate co. lum. 1. versi. 3. probatur.

b Adde Bar. to. in l. inter stipulantem. §. sacrā. colum. 3. ff. de verbo. obliga. & in l. in fundo. ff. de rei vendica. & aliquid per Bald. in l. si circa 4. vel 5. col. C. de fideicomm. & Alexand. in rub. de acquir. poss. ff. & Bald. & Ang. Aret. post Ioan. Fab. institu. de his qui sunt sui vel alie. iur. in princip. & ibi Christopho. Porc. in 2. & not. Cyn. Bal. & Sal. in l. 1 §. pro secundo. C. de cadu. tol. & Alex. in l. & li cōtratab. ff. d vulg. et pupil. substit. et in d. §. sacrā. et Io. Andr. hic, & etiam Moder. & Ange. in cō si. 66. colum. 2. versicul. item multa.

per omnia par ratio personæ suscipientis cōmodū. & incōmodum habilitas, & hoc patet p exēpla. instit. de contrahend. empt. §. cū aūt. & de legit. paren. [a] tut. §. si. & ff. de leg. 1. l. si ex toto. & de leg. 3. l. si. & de vulg. & pupil. substi. tut. l. & si cōtra. & C. de cad. tollen. l. 1. §. si p secūdo. & de furtis. l. manifestissimi. §. sed cū i secūda. † sed ubi nō est p omnia vtriusq; par rō, 3 regula nō pcedit, ut est videre in l. si qs aliena negotia gerēs ff. de neg. gest. & ibi no. & de pcurat. l. q ppria. §. pcurator. Itē in casibus alijs not. in d. l. si qs. ff. de neg. gest. & in l. si qs putat. §. 1. cōmuni diuid. & p socio. l. sed & socius § si absenti. Itē si nō est eadē psonæ cōditio, uel habilitas circa vtrūque suspiciēdū, † vt 4 si agnata pximior est cū tractat de deferendo onere tutelæ. Nā ipsa succedit in commodū, id est in hereditatē, & tamen nō tenetur subire tutelę onus, imò defertur ad agnatū masculū in gradu remotiorē, ut instit. de legitima patron. tut. §. 1. & ff. de legitima tutel. l. 1. §. interdū. tamē illud generale qd hic colligitur, & in l. allegata, scilicet disciplinā cōtrariorū eādem esse, [b] non uidetur pcedere, imò in genere videtur cōtraria, qa cū de uno genere cōtrariorū pdicatur affirmatio, d altero pdicatur negatio, qd est eius oppositū, uel qd idē est, si d vno disponitur affirmatio, d altero negatio, ut l. j. ff. de his q sunt sui uel ali. iu. & insti. de tutel. in prin. & ff. de accus. l. qui accusare. ergo non est eadē disciplina, sed cōtraria. † Præterea pa 5 tet p id qd dicitur; ad dispositionē unius cōtrariorū, sequitur remotio & destructio alterius,

vt ff.de verborum significatio.l. hæc verba ille. & de institut. actio. l.sed & si pupillus.§. institutoria.& in Authenti.de mandat.princ. 6 §. neque autem. colum. 4. † Respondeo, vbi de quolibet contrariorum respondetur affirmando, vel de quolibet negando, simpliciter verum est eandem esse disciplinam contrariorum, vt institutio.de contrahen.emptio.§.cùm autem.& C.de cad.tol. l. prima §. pro secundo. & de furt. l. manifestissimi. §. sed cùm in secundam. & de vulg.& pupil.l. & si cõtratabulas. & de legat. primo l.si ex toto. in princip.& de leg.3.l. finali tunc enim eadem est in genere & eadem in specie, & eadem aliquando quantùm ad numerum, vt cum in eadem verborum serie vtriusque dispositio traditur. 7 † Nam tunc est eadem quantum ad numerum, quia vna est verborum conceptio,quæ vtrunque contrariorum disponit,sed eo respectu, quia diuersa disponit, potest ratione defectus, & in plura particularia diuidi, & diuersa iudicari, sed vbi de altero affirmatio & de altero negatio non est eadem, sed contraria dispositio sed pro tanto dicitur eadem disciplina, ea ratione quia vno cognito habetur cognitio alterius, vt in præallegata.l. qui accus. & l.j. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.& institutio. de tutelis. in princip.& ff. de prætor. stipulatio. l. prima.§. stipulationum. Ea ratione ergo dicitur eadem disciplina, sed non dicitur eadem ratione dispositionis contrariorum. Dyn.

In reg. In re communi. Argumenta.

1 *Prohibentis quando sit melior conditio.*
2 *Socius quando socium impedire possit in re communi & nu.seq.*
4 *Occupantis conditio in pari causa quando sit melior.*

REGVLA LVI.

In re communi melior est conditio prohibentis.

1 ¶ † Si habeo fundum tecum communem & tu velis ædificare domum in fundo, & ego prohibeo, melior est conditio mei prohibentis, quàm tui ædificare volentis. ff. communi diui.l. Sabinus. sed videtur quòd melior sit conditio facientis,quàm prohibẽtis,vt ff. pro socio.l.si fratres. §.item Mela. Omis-
2 sis solutionibus alijs quę sunt à veritate remotę, dicẽdũ, est † q aut

S socius

socius[a] vult facere aut reficere in loco cõi ad eũ vsũ a
ad quem res parata est,& potest etiã inuito socio, vt ff.cõi.diuidun.l.si ędes.& pro socio.l.si fratres.§. itẽ Mela. Aut ad eum vsum ad quem res parata nõ est,& tunc si interesse ꝓhibẽtis nõ fieri,melior est conditio prohibentis, vt d.l.Sabinus.& ff.de seruitut.vrban.prædio.l.quidam Iberus.§.in parietem.
hoc casu põt intelligi regula,† aut nihil interest ꝓhibẽtis,& põt fieri eo inuito,vt ff.de seruituti.vrb. 3
prædio.l. fistulam. § penul.& fin. habita tamen distinctione vtrũ iure seruitutis facere vel reficere velit, quia tunc non potest, vt ff. de seruitu. vrba. prædiorum. l. parietem. aut iure communi, & potest

a Adde Ang. Are.insti. de rerũ diuisione.§.religiosum.& Petr.de ver ra.tit.pro hęred.vel re sing.in gl.super verbo,in futurum.& Bar. in l.si ædibus.& l.inter quos.ff.de dam.infec.& in l.si stipulatus fuero.ff.de verbo.oblig.& Bal,in d.§.religiosum.& in consi.110.vol.3. & Cepol.tractatu de seruit.de pariete & muro.& vide tex celebrẽ,& ibi Doct.in l.4.de ædific. priuat.& in l.si cũ duobus.§.idem respondet socius. ff. pro socio.Et Frãc. de Crema . in suo singu.97. incip. decidi . vbi dicunt Docto.per d.§. idẽ respon. & l.4. C.de ędific. priua. ꝙ si socius intra quatuor menses nõ contribuat nec soluat suo socio partem & portionem expensarum dictę refectionis,ꝙ res cõis efficitur in totũ socij reficientis uel reparantis.quod no.Et vide Ange Are.in.§.sequens.insti. de actiouibus.& Cepol.Caute.122.ad Lud.de Roma.in suis sing.incip. communis res.& Ludo.Bolog.in l.ex parte.ff.familiæ ercifcund.in suis primis interpretationibus.de socio expendente pro re communi reficienda.& glo.in l. Sabinus.hic per Dynum alleg.per quam dicit Bald.in l. duo fratres.ff.de acquir.hær. ꝙ si duo habent domum communem, & vno absente alter solus habitet, non tenetur ad partem pensionis socii absentis vel nõ habitantis.quia vsus diuidi non potest nisi domus diuidatur. & refert Richardus Malumbr.dicentem fuisse ita iudicatum. & etiam Cyn.in l. si quis putans. in princ. & ibi Dy.ff.communi diuidun. & tenet Bald.in l.1.C. de testamentis. & in c.1.§. preterea ducatus. de prohib.feud.alien.per Federic.& Pau.de Castr.in d.l.1.de testamentis. & Cepol. Veronen.in consi.4.col.3.versic. & pro hoc.l. duo.&c.Ias. de May.in repetitio,l.quo minus. questio.16.de fluminibus. & Salyc. in l.iubemus.C.de sacrosanct.eccles. & Bartho.Socin. de Senis in l.serui electione.§.Labeo.ff.de legat. primo.& singulariter Paul. de Castro. in consil.394.in nouis.sed Floria. de sancto Petro in d.l. Sabinus. tenet contrarium. Et nota bene, quia vidi de facto hic Bituris; & adde Cardina. Alexand.in cap.Nicena.30.distinctio.col. 2. versi. si queritur. & aliquid per Fel.in cap.cum omnes.col.8.versic.in eadem glo.de consti. & Petrus de Anchara. & Abb. in cap.1.de immunit. eccle.& Bald. in consi.205.primo volu.& Abb.in consi.83.libr.1. & Alexand, in d.§. Labeo.vbi ponit plures quæstiones ad materiam.

a Adde quando sit melior conditio occupantis, & etiam in pluribus pro curatoribus insolidum datis Bar. Bal. Alex. & Moder. in l. si pluribus. ff. de leg. 1. & Bar. Bal. Alex. in additio. ad Bar. in l. pluribus. ff. de procur. & Ioan. And. de sancto Gemi. in c. si duo. supra de procurat. & Abb. Sicu. in c. non iniuste. de procurat. & quæ no. Ioan. Andr. in c. cum plures. de offic. de leg. supra eod. libro.

b Ita sint. Hæc vetus clausula imperatiua de se solet ad augenda iura rei, & onerandum venditorem adhibe ri. vnde male generaliter colligunt docto. fieri interpretationem contra venditorem, quia iura quæ hoc dicunt nõ dant regulam, nec generaliter loquuntur, sed in termĩnis huiusmodi clausularũ, quæ non nisi ad onus ipsius vẽditoris apponi solent. alias stat regula fiendã interpretationem contra eum qui se fundat in verbo. l. sæpe. de verbo. significa. dixi in annotatio. ad Alexan. consi. 204. lib. 2.

potest, vt d. l. si fratres. §. idẽ rñdit. Itẽ cõtra regulã
4 vĩ illud generale, quo caueĩ † ꝙ in re vel cã pari
a melior est cõd. tio [a] occupantis, vt ff. de leg. 1. l. pluribus. & verb. ob. l. si Titius. & de procu. c. si duo. lib. 6. sed hæc regula loquiĩ in ea re q̃ ꝑ parte sua indiuisa ad plures pertinebat, leges verò contrariꝫ loquuntur in eo iurꝫ quod distinctũ est in ius executionẽ q. primo occupauerit litẽ contestando. Lite. enim contestata sibi quærit executionẽ insolidũ & alterius insolidum excludit, nisi in casibus enumeratis in c. si duo. supra de procu.

In reg. Contra eum Argumenta.

1 *Interpretatio fieri debet contra eum qui apertius loqui potuit. & nu. 2.*
3 *Interpretatio quare fiat pro locatore uerba ꝓferẽte.*
4 *Ambiguitas contra quem debeat interpretari.*
5 *Interpretatio q̃n fieri dẽat ẽm id q̃d ẽ uerisimilius*
6 *Cõfeßio q̃n cõtra cõfitentẽ recipiat interpretationẽ.*
7 *Verba in iudicijs prolata contra proferẽtem an sint interpretanda.*
8 *Sẽtẽtia dubia à quo poßit interpretationẽ recipere.*
9 *Præter stipulationem prætoriam interpretari solet.*
10 *Priuilegiũ suũ interpretari potest qui illud cõceßit. Lex dubia uel obscura per quem declarari debeat.*
11 *Testamenti uerba dubia à quo debeant interpretari. & nume. seq.*

REGVLA LVII.

CONTRA *eum q legẽ dicere potuit apertius, est faciẽda interpretatio.*

1 † Si vendo domum, & tempore venditionis &
b traditionis dico, stillicidia vti nũc sunt, ita sint, [b] vi-

deor dicere ꝙ domui venditæ debeatur à vicinis
seruitus stillicidiorũ recipiendorũ, non econtra ꝙ
domus vendita debeat seruitutẽ vicinis, vt ff. de ser
uituti. vrba. prædiorũ. l. si arborẽ. §. hæc lex. & de
cõtrahenda emp. l. cũ in lege. & l. Labeo. & de pact.
l. veteribus. & de euictio. l. quæ libertatis. † Sed op 2
ponitur, & videtur ꝙ interpretatio non sit facien-
da contra proferentẽ. ff. de contrah. emp. l. si in em-
ptio. sed ibi verba fuerunt prolata ab emptore, &
ideo fit interpretatio cõtra eũ q verba protulit, in
sequendo tenorẽ istius regulæ. Itẽ videtur contra
regulã. ff. loc. l. ea lege. † vbi fit interpretatio pro lo 3
catore q verba protulit, sed ibi fauore locatoris pa-
ctum erat appositũ. & ideo nõ debet fieri interpre
tatio cõtra eũ, ne offendatur regula, quod fauore,
&c. vt infra eod. c. quod ob gratiã. Et quia iura sunt
varia contra materiam istam, ideo vtile est plene a
distinguere. [a] † quia aut ambiguitas interpreta- 4
tione

a Adde quomodo fiat interpretatio in contractibus. Dyn. in regula in obscuris. & Bar. & Bal. Alexan. & Doct. Mod. in l. veteribus. ff. de pac. & Bar. in l. ea lege. ff. loc. & Bal. in consi. 313. vol. 2. Abb. post Inno. in c. olim. de verb. signifi. & Abb. in c. certificari. de sepul. & Fel. in c. causam. col. 1. de rescrip. Et quomodo in iudicijs, vide Bar. in l. prætorijs. ff. de pręto. stipul. et in l. 1. C. de leg. & Pau. de Cast. in consi. 192. innouis. & Dyn. & quæ ibi dixi in regula, cum partium. Quid in sententia: vide Bar. in l. 2. in 1. q. et in l. ab executore. ff. de appel. & Bal. in l. 3. C. de lib. præteri. et Bar. Bal. & Sal. post Cy. in l. 2. C. de sen ten. ex breuicu. recitã. et Alex. in add. ad Bar. in d. l. ab executore. & ibi Lu. Bolog. in secundis interpretationibus. & in confessione. vide Cy. in l. 2. §. quod obseruati. C. de iuram. calum. & Bald. in l. i. C. de confes. col. 32. & Bart. & ibi Alexan. in additio. in l. de ætate §. qui tacuit. ff. de interrog. actio. Quid in stipulatione? vide Barto. in l. 1. §. fina. & in d. l. in prætorijs. ff. de pręto. stipul. & Bar. & Alex. in l. in conuctionalibus. ff. de verb. obl. Et de ea interpretatione quę fit in priuilegijs, vide Bar. in l. oẽs populi. ff. de iusti. & iure. & Inno. et Abb. in d. c. olim. et Fel. in d. c. cãm. & Alex. cõsi. 209. lib. 1. Quid in legibus? vide Abb. in d. c. certificari. et Doct. supra allegatos. & Car. Alex. in c. Moyses. 7. dist. Quid in statutis? vide Bar. in l. 1. & ibi Bal. Cyn. & Saly. et de legi. Abb. & Fel. in d. c. cãm. de rescr. et Alex. in cõs. 36. col. 3. in prin. vol. 4. Quid in testamẽtis? vide Bar. in l. si qs a filio. §. i. ff. de leg. 2. & Dyn. & quę ibi dixi in regula, quę a iure communi. & in regula, in obscuris. versicu. ad secundum: de vlt. voluntate. & ibi in addi. 1. & 2. & adde supradicta Andr. Barba. in repetit. rub. de fide instru. col. 12. vers. 3. facit. Aduerte ad vnum sing. ꝙ contractus dubii recipiunt modum & formam ex consuetudine si non sunt aliter declarati ex conuentione partium, vt est gloss. & ibi Ludouic. Bolog. in secundis interpr. in l. ꝙ si nolit. §. qui in assidua. ff. de ędil. ędict. pro quo vide text. in l. semper in stipulatio-

tione indigẽs reperitur in cõtractu, aut in cõfessione, aut in iudicio, aut in sententia, aut in stipulatione prętoria, aut in priuilegiis, aut in verbis á lege prolatis, aut in vltima volũtate. Si in cõtractu, aut valere põt contractus secundũ interpretationẽ alterius tantum, aut secundum interpretationẽ vtriusque. Si secundũ interpretationẽ alterius tantum, illius interpretationẽ sequimur. secũdũ quem interpretatio contractus valere põt, vt l. quoties. ff. de verb. oblig. & de reb. dub. l. si is qui ducẽ-
5 ta. §. vtrum. † Si secundum interpretationem vtriusque valere potest, tunc inspicimus verisimilius. supra eo. c. inspicimus. & ff. eo. l. semper in stipulationibus. & l. semper in obscuris. Sed si verisimilius non apparet, tũc habet locũ regula, videlicet ꝙ fiat interpretatio contra proferentem in cuius potestate fuit verba late concipere, vt ff. de pact. l. veteribus. & de serui. vrb. prædio. l. si arborem. §. hæc lex. & de contrahen. emp. l. Labeo. & l. cum in lege. & l. si emptione. & de verb. obl. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. & l. qui ex pluribus. & l.
6 qcquid. † Si in cõfessione cogẽdus erit dicere confessus eorum, vt ff. de confes. l. certum. aliàs fieret interpretatio cõtra eũ, vt ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. qui tacuit. argu. ff. de ventre inspi. l. j. §. quid ergo. quod de iure nouissimo intelligẽdũ videtur, si respondere iubetur, antequam se absentet, aliàs non, sed esset contra eũ tanquã contumacẽ, prout ratio dictaue-
7 rit procedendũ. vt supra de confes. lib. vj. † Si in iudiciis, erit interpretatio facienda pro proferente, siue verba fuerint prolata per actorem, siue per reum, vt ff. de iudic. l. si quis intentione. & ibi not. de reg. iur. l. in ambiguis
8 orationibus. & l. in contrahenda. §. i. † Si in sen-

stipulationibus de regu. iur. & Ang. in consi. 2. & consi. 158 & dixi in trac. de off. et põt. 1 1. q. Adde, qd notaui in apost. ad Bal. i l. iter oẽs. verb. qd enim. & qd ibi posui in apostilla, in ver. rudis. C. cõi diuidun. et dixi supra in apostilla, ad istũ in regula, nõ est sine culpa. in ver. iudicanti. Et adde vnũ singulare dictũ, quantum ad materiã interp̃tationis qd inci. declarandi voluntatẽ. dico in casibus, in quibus declaratio recipitur, nõ p̃scribitur spatio mille annorũ. ita sing. Bal. in l. perens. post principiũ. C. de pact., quem ibi alij sequuntur, refert & sequitur Girardus de Petra sancta, sing. suo 27. incip. libero arbitrio, vbi ẽt ponit quod declaratio vel interpretatio fieri nõ potest post mortem.

a Delegati. Hoc addi. Dy. sequendo glo.3. d.l. ab executo re. & cōem errorem. Sed aliud est appellatio, aliud interpretatio. vnde iudex delegatus possit cognoscere de appellatione a suo delegato, & tūc pōt vel corrigere, vel interpretari per viā appellationis, sed cessante appellatione, non pōt interpretari. Non obstat l. si duo. de re iudica. quia non loquitur de appellatione, nec de interpretatione, sed de noua cognitione. de integro vt docui in nouis intellect.

tentia, tunc iudex qui protulit, si est de maioribus interpretabitur dictū suū siue sententiam, alias nō liceret sibi interpretari sententiā suam, sed delegati a sui tantū. vt ff. de appel. l. ab executore. in prin. a
& ibi plene no. actorum tamen verba mutari possent, sententiæ tenore in totum perseuerante, vt ff. de re iud. l. actorum verba. †Si in stipulatione præ 9
toria, tūc prætoris erit interpretatio, pertinet enim ad eum. ff. de præto. stipu. l. in prætorijs. & l. 1. §. vlt. †Si in priuilegijs, interpretatio pertinet ad eū, qui priuilegium cōcessit, vt ff. eo. l. Neratius. & de vulg. & pup. & substi. l. ex facto. circa prin. Si in verbis à lege prolatis ad solum principem pertinet interpretatio necessaria, & quę oēs astringit. vt C. de leg. l. imperiali. †Si in vltima voluntate, ipse testa 11
tor poterit interpretari, vt ff. de test. l. hæredes palā. §. 2. Si interpretatus non fuit, tūc aut valere pōt legatū, secundū intellectū hæredis, & legatarij, aut secundū intellectū legatarij tantum, si legatarij tātū illum intellectum assumimus. ff. de leg. 1. l. apud Iulianū. §. si Titius. & de rebus dubijs. l. quoties. & l. vlt. †Si secundū intellectū hæredis, & legatarij, tūc aut est ambiguitas in voluntate relinquente, aut in voluntate adimente. si in relinquente, sequimur, quod est minimū, vt l. apud Iulianū. §. Scio. & de leg. 3. l. qui cōcubinā. §. cū ita. & l. nūmis. †Si in adi 13
mente, aut est incertitudo rerum & personarū, aut personarum tantum, aut rerum tantum. Primo casu in nullo valet ademptio, secundo casu valet ademptio in vtroque casu. tertio casu valet ademptio in maiori, & remanet legatum in minori. & hoc probatur. ff. de rebus dubijs. l. si fuerit. & ibi notatur, & de adimendis legatis. l. 3. §. si quis duobus. & de legat. 2. l. si ita sit ascriptum. in fin. Dyn.

In reg. Non est obligatorium. Argumenta.

1 *Iuramentum non ligat quod contra mores emissum est.*
2 *Impossibilia iure dicuntur, quæ contra bonos mores esse censentur.*
3 *Iuramentum an reddat ualidum, quod alioqui erat fieri prohibitū.*

Pactum

a Adde, quod actus contra bonos mores, possit iuramento firmari. Bal. in l. pacta quae contra. in prin. C. de pact. in l. non dubium. in 17. oppo. C. de leg. & in rub. de cond. ob tur. cau. & Bar. in l. si quis pro eo. in primo membro. ff. de fideiuss. & in l. stipulatio hoc modo concept. & ibi Alex. ff. de ver. oblig. & Alex. in d. l. pacta quae contra. & Imol. in c. cum contingat. in 16. char. de iureiur. & Bal. in consi. 116. i prin. lib. j. & Abb. in d. c. cum contingat. & Cal. in consi. 19. titu. de constitu. Adde Barth. Soc. in suo tract. fallen. regu. fal. 1. 2. & 6. et Pet. Philip. Corset. consi. suo 55. incip. visis. in lite ram, volu. 3. & vide Anto. de Petra. in repet. l. 1. in 62. effe. ctu. ff. de iureiu. videlicet, an iuramentum contra bonos mores, ciuiles & naturales sit seruandum.

b Adde ibi Cy. Bart. Bald. Sali. & Doct. Moder. et Abb. & Imol. in d. c. cum contingat. de iureiur. & Abb. Sic. I sua dispu. incip. stante statuto. multum singulare.

c Adde Doct. maxime de S. Gemi. in d. c. 2. de iureiur. supra eo. lib. & Imol. in d. c. cum cum contingat. & Ang. Aret. insti. qb. alien. licet. in prin. et Bar. i l. si qs pro eo. ff. de fideiuss.

4 *Pactum quo filia paterna haereditati renuntianti, an possit iuramento validari*

5 *Iuramentum quod robur praestet actui alioqui inualido.*

REGVLA LVIII.

NON *est obligatorium, contra bonos mores praestitum iuramentum.*

†SI iuraui hominem occidere, vel furtum facere, tale iuramentum non est obligatorium. quia contra bonos mores a est praestitum, & istud est generale, quod iuramentum praestitum contra bonos mores, vel contra leges, non est obligatorium, nec firmat rem de qua agitur, vt s. de elect. c. vbi. & c. quia saepe contingit. & de rebus ecclesiae non alie. c. 2. † quia quae contra bonos mores sunt, impossibilia reputantur de iure, vt ff. de condi. insti. l. filius. & l. conditiones. & l. quidam. sed impossibilium nulla est obligatio, vt supra eo. c. nemo pot. & ff. eo l. impossibilium. ergo nec eorum quae sunt contra bonos mores.

3 Sed opponitur, & videtur † quod iuramentum confirmet ea quae sunt de iure prohibita. ecce de iure prohibitum est rem minoris alienari, vt ff. de reb. eorum. l. 1. & tamen alienatio per iuramentum confirmatur, vt C. si ad b uersus venditionem. l. 1. & in auth. sacramenta. b Item prohibita est de iure fundi dotalis alienatio, vt C. de rei vxo. act. l. vnica. §. cum lex. & tamen confirma c tur per iuramentum c mulieris, vt supra de iureiuran. 4 c. 2. lib. 6. † Item prohibetur valere pactum d per quod fi d lia dotata renuntiat futurae successioni paternae, vt C. de

d Adde quod Bar. in l. stipulat. hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. dicit Dy. non intellexisse istam regulam in hoc quod Dyn. dicit quod pactum de succedendo potest iuramento firmari, prout ibi vide per eum in princ. &

 Alex.

Alex.col.2.ver.ex his etiam.& Bart.in l.si quis pro eo.ff. de fideicom. & in l.pactum.Paul.de Cast.Ias. de May.& Alex.C.de pact.& in l.fi. & ibi Bal.C.eo.tamen pactum de non succedendo,iuramento firmatur, vt tenet Bar.& Doct.etiam supra allegati,& Imol.in c.cum contingat. in primo membro,de iureiuran,et communiter tenetur contra Dyn.licet Bal.in c.1.§.mo rib. teneat opi. Dy.si de feudo controuersia inter dominum et agnat. & vide Bal. consi. 369. vol.3. & in con si.131.eo. volu. & Domin. de Rot. decis.850. in antiq. tit. de pact. & plene per Lud.Rom. in l.qui superstitis ff. de acquir. hære. & Alex. consi.28. lib. 3. sed quid si filia dote contenta renũtiauit successioni paternæ,et maternæ cũ iuramento, pater, vel mater in testamento legat eidem, quæritur,an possit capere relictum sibi in testamento patris, vel matris, non obstante renuntiatione: dic q̃ sic, vt tenet Spec. titu. de test.§.1.ver. pone filius fecit.& ibi Ioan. And. in addit. tenet Bal.in consi. 204.lib.2.& Oldr.consi.213.tit. de pact.& adde ad not.hic decis.Capel.556.& Ioan.& Imol.in consi.1.& dixi late in.§.j. colum.7.de test.lib.Consuetu.Biturigum.

C.de pact.l.pactũ qđ dotali.& de collationib.l.pactũ.ff.de suis & legi.hære.l.vlt.& tamẽ cõfirmatur per iuramentum, & supra de pact.c.2. lib.6. †Sed 5
dic,aut sunt ꝓhibita propter turpitudinẽ sui. & tũc iuramentum nihil operatur,vt hic,& in iuribus supra allegatis ad idẽ. Aut in priuilegium vel fauorẽ personæ,& tunc iuramentum illius personæ in cuius fauorẽ inducitur ꝓhibitio.est obligatorium, & confirmat rem de qua agitur,vt in Auth sacramenta.& supra de iureiuran.c.2.& de pact.c.2.lib.vj.

In reg. Dolo facit. Argumenta.

1 *Maritus in dolo esse dicitur dotem petens,quam restituturus est.*

2 *Maritus quando in casu restitutionis dotem petere possit.*

3 *Dolosus quando dicatur & in quibus qui petit quod eum restituere oportet.*

4 *Spoliatus prius restitui debet,quàm de proprietate quæratur*

REGVLA LIX.

DOLO *facit qui petit quod restituere oportet eundem.*

†IN marito qui petit dotem quę est in casu restitutionis,rationabiliter põt intelligi,quia cum esset ipse restituturus si haberet dotem penes se,dolo videtur facere,quia petit,vt hic.& ff.de doli excep. l.dolo.& de reg.iur.l.in cõdẽnatione.§. dolo. Sed oppo- 1

a Adde ibi Bar. & Doc. Mod. ꝙ licet hęc regulá habeat locū cōtra petētē & restituere debentē, vt in iuribus hic p Dyn. alleg. iñ intelligitur qñ agit ex persona ꝓpria, sed nō ex iure alterius, quia non pōt obijci hæc exceptioni. vt dicit hic Dyn. in fi. & illud do. Fran. Are. in l. ex duobus. in prima & vlt. col. ff. de duobus reis. per text. in l. Vranius. §. 2. & ibi Lud. Bol. in secundis interpreta. ff. de fideiuss. et vide Io. Fab. in. §. in bonæ fid. in glo. 1. & ibi Ang. & Ias. de Mayn. ver. quæ sit differentia inter exceptionē cōpensationis & doli. instit. de act. & gl. & Bart. in l. quæ. inuicē. ff. de condi. inde. Bal. Al. et Lud. Bol. in secundis interpr. in d §. Lucius. et Lud. Ro. in cōs. 204. col. 3. & Spec. tit. de salar. §. 3. ver. sed pone. et hic Io. And. in gl. & doct. in c. ex literis. de resti. spo. & not. secundum doct. in d. conf. ꝙ ista regula habet locū quando incontinenti restituturus est quod accepit, secus si ex interuallo. casus est in l. fi. §. j. ff. vt leg. nom. cau. & adde Bald. in c. 1. §. possessiones. ver. & not. de pace Constan. col. 10. & hic Philip. Fran. & Fran. de Cre. in suo sing. 154.

a opponit. ff. solu. matri. l. si socer. §. Lucius. a †vbi ad
2 mittitur maritus ad petēdā dotē q̄ erat in casu restitu
ti nis, sed dicēdū est ꝙ ille §. declarat & distinguit effectū istius regulę. q̄a aut est restituturus eidem, aut alij. si alij, cessāt regula, aliàs oēs procuratores actorū ab agēdo repellerētur, q̀a q̄d petūt, restituturi sunt dn̄o, q̄d est absurdū & incōueniēs, & tractatus totus de proc. redderetur inutilis. si vero eidē à quo petijt, tunc regula locū habet. vt d. §. Lucius Itē contra regulā videt. C. ad leg. Iul. de vi pub. l. si. quis ad se feudū. vbi petit sibi reddi possessionē sibi violēter ablatā, & nihilominus postea poterit super dominio cōueniri, & cōuentus restituere cogetur.

3 †Dixerunt quidā quòd hæc regula locū habet in petitorijs tantum, & non in possessorijs. q̄d falsum est. vt patet. ff. de Carbo. edi. in l. iij. §. cāæ. & not. in præalleg. l. dolo. & de iudi. l. si de vi. & de regu. jur. l. inuitus. §. cui damus actionem. Et ideo distin

b gui oportet in possessorijs, b quia aut agit iudicio adipi-

b Adde an ī possessoris hēat locū regula, dolo facit & c. Bar. ī l. naturaliter §. nihil cōe. ff. de acq. poss. & Abb. Sic. in c. ī literis 3. col. de rest. spol. & q̄ dicit Dy. in reg. qui ad agendū. & Lu. Bol. in l. j. §. quid vis a me. in secūdis interpr. ff. q̄d vi aut clam. & Bar. in l. in prin. ff. quor. lega. Quid si inter duos principes vel cōitates facta est pax, et facta sunt capl'a vt restituātur ablata particularib. ciuibus, an istis restitution ibus q̄ debent fieri possit opponi rēa dolo petis? dic ꝙ sic. istud est singulare verbū Bal. et aurei mēti tenēdū. in c. j. §. possessores. de pac. Cōst. in vsi. feu. & tenet Frā. de Crema. ī suo sing. 153. incip. facta est pax inter duos principes. Et dū quærit an exceptio doli. et lis possit opponi in iudicio pos. Tu dic ꝙ pōt opponi in iudicio possessorio recuperādi si incōtinēti ꝓbare pōt, nō alr, vt no

adipiſcendæ,aut retinendæ,aut recuperãdæ poſſeſ-
ſionis.In primis duobus,ſ.adipiſcendæ & retinẽdæ
regula locum habet.In tertio verò,i.recuperandæ.
locum non habet,†quia ſi ſpoliatus ante a debet re 4
ſtitui,quàm de proprietate quæratur, ut d.l.ſi quis a
ad te fundum.& C.ſi per uim,vel alio modo.l.j.&
de dona.inter vir.& uxor. l.ſi maritus.& de agric.
& ceſit.l.coloni. & ff.de iudic.l. ſi de ui. & ad lega.
Iul.de vi.pub.l.q. cœtu.§.ſi de vi. & ideo quod hic
dicitur,petit. debet largo modo poni, agendo iu-
dicio prætorio vel poſſeſſorio adipiſcendæ uel reti
nendæ poſſeſsionis,& quod ſubijcit reſtituere,ſ.ei-
dem, ſecus ſi alij, vt ſuperius oſtenſum eſt. Dyn.

vt not. Ang.in l.ille a quo.§.ſi de teſtamento. in fin.ff.ad Trebel. per glo. in l. ſi de vi.ff. de iudi. pro quo eſt tex. & glo. in l. dolo.ff. de doli excep.& ſ alleg. l. vt ff. quorum legat. not. ſcriben. in l.2.C. de edict. diui Hadri.toll.

a Ante.Niſi eſſet quid irreparabile vel irrecuparabile.Alexand.l.naturaliter.§.nihil cõmune. col.2.ff. de acquir. poſſeſ.Vdalri. Iaſ. l. 4.§. condemnatum.de re iudic.Anto.Rub. rep.§. morte. in l. non ſolum.nume.478.de ope. no.nuntia. dixi in ſtylo parlamenti cap. 18. §.10.

In reg.Non eſt in mora. Argumenta.

1 *Mora debitori dãnoſa multiplices ꝑducit effectus.*
2 *Exceptio legitima quæ ſit proprie cenſenda.*
3 *Exceptio quæ poteſt replicatione excludi inutilis.*
4 *Pœna quando ex ſtipulatione peti poſsit.*
5 *Pœna ex nudo pacto peti non poteſt. & nu. ſeq.*
7 *Stipulatio non committitur ſuper pactione nuda ante litem conteſtatam*
8 Rigor *iuris quandoq; relaxatur ne contractus inutilis reddatur.*

REGVLA LX.

NON *eſt in mora, qui poteſt exceptione legitimè ſe tueri.*

†EFFECTVS moræ afferẽtis dãnũ debito 1
ri sũt plures,ut dictũ eſt ſ̃.eo.c.mora, & ab omni-
bus ꝑdictorũ oĩum effectuũ excipit is q̃ põt defen
ſione legitima ſe tueri.vt ff.ſi cer. pet.l.lecta. & de
verb.oblig.l. ſi pupillus.& de reg.iur.l. nulla.† Ex 2
ceptio aũt legitima a debet intelligi omnis illa q̃ nõ a
põt ope replicationis elidi. Nã ſi exceptioni obſta-
ret replicatio,habet̃ ꝓ nõ legitima,q̃a qua rõne ni
hil ĩtereſt vtrũ q̃s nõ habeat ipſo iure actionẽ, vel
habeat eã q̃ poſsit ꝑ exceptionẽ excludi. vt ff. eo.l.
nihil

b Adde quæ dicatur & ſit exceptio,Abb. & Fel. in rubr. de except. in prin.& Angel. Aretin. inſtitu. de except. in rubric.

nihil qs nō habeat exceptionē, vel habeat eā quæ possit ope replicationis excludi. cum ita se habeat replicatio ad exclusionem exceptio
a nis, sicut exceptio ad exclusionē actionis,[a] ut ff. de except. l. 2. & hoc etiam confirmatur ex eo quòd reus in exceptionibus in quibus excipiendo ponit seu asserit, vices actoris sustinet. ut ff. de probat. l. in exceptionibus. & de excep. l. 1. Sed contra regulam potest de iure
4 ciuili opponi, † quia lege cauetur. ꝙ si promisisti aliquid nudo pacto, & si non faceres, promisisti pœnam per stipulationem, ꝙ agi potest ex stipulatione, ut consequenter id fiat quod in pacto deuenit, aliâs si non fiat, conse-
5 quitur pœnā in stipulatione deducta. † Cū ergo pœna debeatur ratione moræ, & mora non pōt esse vbi petitio nō est, petitio non ꝓcedat ex nudo pacto. ut ff. de pactis. l. iurisgētium. §. sed cū nulla. sequitur ꝙ nō possit esse mora, & propterea nec pœnā committi. unde uidetur obstare C. de pact. l. si pacto. Et si respondeatur sicut primo modo respōdēt Glossatores iuris ciuilis, uidelicet ꝙ ibi erat debitū qđ nudo pacto debebatur, saltē nuturaliter, nō erit sufficiēs respōsio, qa regulariter de iure ciuili sola naturalis actionē nō parit. ut d. §. sed cū nulla.
6 de uerbo. signifi. l. creditores. † Et ideo secunda responsio melior uidetur, & magis conueniens literæ legis contrariæ, nam ibi non agitur ad id quod debetur ex nudo pacto, sed ad id quod debetur ex stipulatu, & prætextu eius consequitur fortè quod nudo pacto debetur, aliàs consequitur forte quod in stipulationem deuenit. Sed contra hanc responsionem est valde illa l. si pacto. quia nuda pactio
7 præcessit stipulationem pœnalem. † ergo sti-
b pulatio [b] non committitur nisi lite contestata super

a Adde ꝙ ille qui potest se tueri exceptione, non dicitur esse obligatus. vt dicunt Bald. et Lud. Bolog. in secundis interpre. in l. Mæuia. §. fundus. ff. sol. matrim.

b Adde quando stipulatio pœnalis committitur, et qua actio ne possit consequi. Bart. Cyn. Bal. Sal. & moder. in l. nuda. C. de contrahen. et commit. stipu. & Barto. Bald. Paul. de Cast. sing. Alexan. in l. ita stipulatus. in 9. col. de verbo. oblig. & Bart. in l. si pupillus. ff. de verb. obliga. & in l. petens. & docto. in l. si pact. de pact.

ta ſuper actione nuda, & propterea non poteſt ex ea agi. vt C. de contrahend. & committend. ſtipulatio l. nuda. Et ſi reſpondeas, ꝙ ibi fuit lis conteſtata ſuper pactione nuda, diuinare eſt. Reſpondebis ergo ſic quando ſtipulatio pęnalis incipit a præcedenti pactione nuda, lex diſpenſatiuè permittit agere ex ſtipulatione pęnali nondum cõmiſſa, ut metu eius pareatur pacto præcedenti. ut in l. ſi pacto.
† ꝙ eſt ratio in utroque caſu, ne contractus in totum conſtituatur inutilis, ſi nihil relaxaretur de iuris ſubtilitate. relaxatur enim in l. ſi pacto. quia permittitur agi ex ſtipulatione nõdum commiſſa, quod eſt contra ius commune, vt ff. de verb. oblig. l. ita ſtipulatus. & de verb. ſignifi. l. credere diem. & d. l. nuda. Relaxatur ſimiliter, quia permittitur agi & litem cõteſtari ſuper pacto nudo, quod ſimiliter remotum eſt à iure communi, vt in l. iuriſgẽtium. §. ſed cum nulla. & C. de pact. l. legem. & de pact. conuent. l. 1. ſed de iure canonico hoc ſecundum iure communi ſine diſpenſatione procederet, cum nudum pactum ita pariat a actionem ſicut veſti- 8
tum ſupra de pact. c. 1. Dyn.

Tn

a Adde an ex nudo pacto oriatur actio de iure canon. Docto. in cap. 1. de pact. in antiquis Bald. & ibi Alex. in addit. col. 7. in l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. & Bar. Alex. in l. iuriſgẽtiũ. §. igitur. ff. de pact. & Bar. in l. quintus. ff. mãd. & Inno. in c. nouit. de iud. dat nobis vnã bonã cautelam conſequendi id quod nobis eſt promiſſum nudo pacto: vbi uideas etiã ꝑ modernos. et Salicetũ, & Alex. in d. l. legẽ. C. de pactis. et Ludo. Rom. in cõſ. 30. & Bal. in l. petẽs. ſupra. alleg. col. fi. in rep. Padua. et tex. ſing. in c. iuramenti. 22. q. 5. & Ale. in cõſi. 16. in 2. volu. & latius in cõſi. 12. col. 2. per totũ. lib. 52. & Angel. Are. in. §. in perſonã. col. penul. inſtitut. de act. Ex quo infert Bal. in d. l. petens. quòd in terris imperij inter laicos. & in foro Cęſaris ſeruatur deciſio iuris ciuilis, ĩ terris vero eccleſiæ ſeruatur ius canonicũ qđ ſimpliciter inter clericos ſeruaretur vbique. & ꝑ Bal. in Auth. ad hæc. col. 2. in fi. cũ princ. ſeq. C. de vſur. & Ang. in repe. l. ſi certis annis. C. de pact. vbi in 2. col. dicit ꝙ ĩ terris ĩperij laicus cõtra laicũ põt agere ex nudo pacto ĩ foro eccliaſtico ꝑ uiã denũtiationis Euãgelicæ. & ad ꝑdicta vide Ioã. Bap. de S. Seuerino in ſuo eleganti tract. & de pact. in q. 13. de uerſ. 7. & Bal. in l. diuiſione. in fi. C. fam. erciſ. & Io. Imo. in cõſ. 102. col. 3. verſ. itẽ obijcitur quarto. & ſup cẽs Fel. multũ celebre in d. c. 1. col. 1. verſ circa q. ĩ rriũ. de pact. ubi ponit regulã iuris ciuilis negatiuã ſecũdũ aliquid cõtra opinionẽ Cano. tertio corroborat cõem opinionẽ. & quarto ponit nomẽ declarationis, & ꝑfecto nõ reperitur tam per antiquos, ꝙ mod. melius ordinatum & elegantius ſcriptum. & uide Ioan. Andr. & Bald. in proœ. Decret. qui dicunt actionem ex promiſſione in Catoniana non oriri.

Adde

Adde ad hãc apostillam dum quærit an ex pacto nudo oriatur actio. istã in §.1.col.3.& ibi dom.meum do. Ias.May.institu. de actio.nu.5. eundẽ Ias.in l.iurisgentium.§ sed cum nulla.post Pla.ff. de pactis, no. Bal.plene in l.si diuisione.nu.3.vers.sed iure cano,& ibi posui in apostil. ad ipsum in vers.oritur pactio.C.familiæ ercis. & in auth.ad hæc. nu. 13.C. de vsur. Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ.colum.16. versic. tertius effectus de constit. Bar. Soc. in tract. in fallen. regu.9. fallen.9. & qd vtroq; iure, & qui simpliciter in præalleg. regu.9. Roma 30.Alex.consi. 16. versi. quid autem, vol.2. & consi.4.vol. 3.& adde quod corã iudice ecclesiastico põt laicus agere ex pacto nudo no. But. in c.1. in prin. de proba. quod est ita uerum, ut episcopus non posset statuere vt ex nudo pacto nõ posit agi. ita not. Panor. in c.dilecti.i princip.de iudiciis. & non tradas obliuioni vnũ sing.dictũ Bar.in l.fideiussor.§.qdã.ff.mãdat.qđ inter mercatores,et vbi agitur de bono & æquo,pactũ nudũ pducit actionẽ.ita & no.Bal.in l.si p ea.C.mãda.& ibi Sali.Idẽ Bal.i l.2.C.de cõsti.pecu.licet cõtrariũ tenuerit et,male Rom.i l.si filiusfa.ff.de dona.Et i quãtũ dictũ est supra.pactũ nudũ obligare etc.Intelligo hoc pcedere qñ l eo est cã expssa.alias p errorẽ pmisisse psumit.ita no.Abb.in c.si cautio.℣.nũc intro.et ibi Fel.i prin.de fide instr.& p hoc limitabis c.1.& 3.d pact.et c.iuramẽti.22.q.5.

In Reg. Quod ob gratiã. Argumẽta.

1 *Sententia contra minorem lata nulla est, si sine tutoris autoritate litigauit.*

2 *Contrahens cum minore non potest eo inuito contractum rescindere.*

3 *Minori quæstio de bonis aut statu lata non debet referri si probationes habeat in promptu*

4 *Commodum afferre non debet, quod in odium est introductum.*

5 *Impubes an posit hæreditatem locupletem adire sine tutoris autoritate.*

6 *Pupilli factum quando citra tutoris autoritatem sit ualidum.& nu.seq.*

8 *Emens uina an posit petere acida si eadem excepta fuerint.*

9 *Impetrans ius iniquum quando in eius læsionem retorqueri debeat.*

10 *Ingenuus sententia pronuntiatus, an perdat ius aureorum annulorum.*

11 *Serui an in fauorem domini sint torquendi.*

12 *Iudæi die Sabbati nec cõueniri põt, nec cõuenire.*

13 *Conuentio tacita quando habeatur pro expressa.*

14 *Fauorem quando afferat quod in odiũ est inductũ.*

15 *Militia missus ignominiose quod inde commodum censeatur reportare.*

Actus

16 *Actus idem, & pœna & premij causa immediata esse nequit.*

17 *Delictum qualiter causa proxima pœnæ & premij esse putetur.*

REGVLA LXI.

QVOD ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium torquendum.

¶ † OB gratiam & fauorem minoris est inductũ 1
ꝙ non possit esse in iudicio sine tutoris autoritate,
vt C.de auto.præst.l. clarum. & qui legit. perso.l.
momẽtaneæ.& ideo si litigauit sine tutoris autoritate,
vel curatoris, si quidem fertur sententia contra
eum, nõ valet ipso iure, vt C.qui leg.perso.l.j. & si
aduer.rem iudi.l.cũ in minores.ff.de re iudi.l.acta.
§.contra indefenso. & l.contra pupillum.sed si feratur
pro eo, valet, vt C de procu.l.non eo minus.
†Item in gratiam & fauorem minoris inductũ est 2
ꝙ petere possit restitutionem in integrum contra
venditorem, ergo si petit & noluit vti beneficio in
integrum restitutionis concesso, nunquid aduersarius
eius inuito minore possit venditionem rescindere?
dicendum est ꝙ non, [a] ne quod in fauerẽ mi- a
noris inducitur, in eius læsionem retorqueatur, vt
ff.de minori.l.si iudex. † Itẽ inductum est merè in 3
fauorẽ pupilli, cui mouetur controuersia de statu
& bonis, ꝙ quæstio differatur vsque ad tẽpora pubertatis,
quia ergo si habet ꝓbationes pro se faciẽtes
in promptu non erit differenda, sed de præsenti
cognoscenda, & examinanda, ne quod in eius fauore,
&c. & de Carbo.edict.l.3.§.duæ.Itẽ confirmatur
regula, & traduntur eius exempla.ff.de leg.cõmis.l.
2.& de in diem addit.l.Sabinus. & C.de fide
instr.l.plures.& de secundis nupt. l.generaliter.§.
in his aũt.sicut hęc [b] regula continet veritatẽ, ita & b
eius contraria vera est, si † aliquid inductũ est 4
in alicuius pœnam vel odium, nõ debet in eius vtilitatem

a Adde Bar. in fi.& ibi Doct.Moder. & litium expẽ.& Bal. in c.2.§.in quibus.de consue. recti feudi. & ibi Cardina. Alexandr. & Bald.in l.quod fauore. colũ.1. versi. venio ad exemplum. C. de legibus.

b Adde quando procedit ꝙ in fauorem alicuius inductũ est, in eius læsionem non debet retorqueri. Cy.Bartol. Bald. & Saly. Paul. & Ias.in l. quod fauore. C. de legibus. & Barto.Bald. & Moder.in l. nulla.ff.de leg. & Fel,in c.dilectus.in 2.versi. octaua conclus. de rescrip. in c. tuis.post princ. de test. versicu. in text.& Specula. in titu. de test.§.2. versic. 36. & Bal.cõs. 329. ante finẽ. lib.j.& Felyn. post And. Barbat.in c.intelleximus. colum. 2.versicu. nota ex textu. de iudi.

a Adde quando gesta per pupillum sine tutoris autoritate valeant. gl. & Bar. in l. si. ff. de nouat. & in l. pupillum. §. pupillus. & sing. in l. oblig. ff. de auto. tuto. qui ponit distinctionē Dy. hic, licet de eo non faciat mentionem. & vide Bal. Christoph. Porc. & ibi Ias. in addit. Io. Fab. & Angel. de Aret. institu. de auto. tuto. in princ. sed quid in iudicijs. vide Cyn. Bar. Bal. Saly. & Alexā. in l. non eo minus. C. de procurat. Io. Fab. & Angel. Aret. in. §. neque. institu. de auto. tuto. & deciliones Capel. Tholos. decision. 102. & Alex. in d. l. nō eo minus. Et not. ꝙ si pupillus careat tutore, & etiam nō possit habere copiā iudicis, potest solus ipse adire hæreditatem. vt est gl. singul. secundū Lud. Roma. & Lud. Bolog. in primis interpret. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nun. & Alexā. in l. bonorū. in vlt. col. 1. versi. tertio limita. C. q admit. ad bon. pos. possunt. licet Ludo. Bar. et Doct. in d. §. si quis ipsi prætori. velint contrariū. & adde Bald. in d. l. q̃ fauore, col. 2. & Alexand. in l. 3. §. adipiscimur, ff. de acquir. posses.

litatem conuerti, vt ff. de leg. j. l. si seruus plurium.
§. qui autem. & de interdict. & releg. l. relegatorū.
§. vlt. & l. sequen. & not. in Auth. de hæred. & falc.
§. si verò. & ideo est opponendum ad vtrunque
p ordinē. Et primò ad primū. videtur enim ei ob-
5 stare l. in qua cauetur, † ꝙ impubes non pōt adire
hæreditatem ēt locupletem sine tutoris autoritate.
ergo quod inductum est in eius fauorem, videtur
in eius læsionē redire, vt ff. de auto. tuto. l. obligari.
§. pupillus hęreditatem. & institu. de auto. tuto. §.
6 neque. ¶ † Dicendum est ꝙ quædā sunt in quibus
certum est conditionem pupilli meliorem consti-
tui, & in illis valet factum à pupillo, etiam sine tu-
a toris autoritate, a ne quod in eius fauorem, &c. vt
C. de procur. l. non eo minus. & de autoritate præ-
7 stāda. l. j. & institu. de auto. tuto. in prin. † Quædā
sunt in quibus certum est conditionem pupilli de-
teriorem constitui, vt si quis se obliget vel vendat
cum dāno suo, vel actionē cedat, in his factum sine
tutoris autoritate non tenet, vt C. de auto. præstā. l.
ij. & iij. de inuti. stipula. l. j. Quædam sunt in qui-
bus dubium esse potest vtrum pupilli conditio cō-
stituatē melior, vel deterior, vt in l. hæreditatis adi-
tione, quia habere potest latentia onera, & in his
factum à pupillo sine tutoris autoritate non tenet,
vt d. l. obligari. & §. neque. & hoc est in fauorē pu-
pilli, ne oneribus implicetur, vt ff. de acquir. hęred.
l. more ciuitatis nostræ. & l. pupillus. ¶ Sed opponit
8 ad primam regulā, de iure quo cauetur si † vendo
vina, exceptis acidis & mucidis, & emptor velit aci
da, non potest, licèt in eius fauorē videatur pactum
appositū, vt ff. de periculo & commodo rei vēdi. l.
si vina.

a Adde Dy. & quæ ibi dixi supra in regula, in iudiciis prope finem. & Dyn. infra ea. regula, in .7. oppoſ. & ibi in additio. & Fel. Sand. in capit. ſanctorum, in principio, de re ſcriptis.

b Adde ibi Alexan. Imol. in addi. ad Bar. & Bar. & Bal. latius in l. preſbyteri. C. de epiſco. & cleri.

c Adde ibi Barto. & doct. & Barto. in l. i. §. nuntiatio. ff. de no. oper. nuntia. & Ang. & Alexand. poſt Bart. in l. fin. C. de iure delibe. & Alexan. in l. 3. verſi. tertio limita. ff. quod quiſque iuris in alienum ſtat.

ſi vina. Dicunt quidã ꝙ lex contraria locum habet qñ fauor inducebatur per pactum, regula verò qñ per legem vel priuilegium, quod nihil eſt, quia in his quæ in fauoré inducta ſunt per pactũ, locum habet regula, vt patet. ff. locati. l. ea lege. & de lege com miſſoria. l. 2. & 3. & de in dié addic. l. Sabinus. vnde dicendum eſt ꝙ fauor ampliat priuilegiũ quod ſupra vel extra ius cõe conceditur, vt ff. ad munici. l. 1. & C. de theſaur. l. vnica. lib. 10. ſed lex, ſi vina. nihil inducebat per pactum extra vel ſupra ius cõmune, & ideo non ſunt proprie pertinet ad materiam huius regulæ. Tertiò videtur contra regulã. ff. qđ quiſq; iur. l. j. vbi dicitur, † ꝙ ſi impero ius iniquũ, 9
illud retorqueri debet in læſioné meã aduerſario poſtulante. ſed diſtinguendũ eſt, ſicut diſtinguitur in l. 3. co. tit. videlicet quod ſi conceſſum fuerit ad poſtulationem [a] meam tunc habet locum l. contraria. a
quam coniunctionem copulatiuam habent , quædam disiunctiuæ,quæ habent aliquam disiunctiuã, quædam solutæ,quæ nec disiunctiuam nec copulatiuam coniunctionem habent.† natura copulatiuę 7
requirit omnia simul vera.ff.de verb.oblig.l.si quis ita.& l.fin. & de cond.insti.l. hæred.plures.natura verò disiunctiuæ alterum tantum,vt hic.& ff.iud. sol.l.conquerebatur.& de cõd.& demon.l.cum pupillus.§.disiunctiuo.soluta verò ex mente certa pronuntiantis

nuntiantis aliquando equipollet copulatiuæ, aliquando disiunctiuæ vt ff. de verbo. signi. l. alienationis. §. fi. si de mente non appareat, accipitur pro copulatiua. vt d. l. triplici. §. videamus. licèt ar. contra. ff. de reg. iur. l. in eo quod. §. vbi verba. sed in §. videamus. considerauit dubium significationis solutæ. & in §. vbi verba considerauit effectum significationis, ex eo ꝙ in obscuris minimum est sequendũ supra eo. c. in obscuris. † est ergo soluta per se species orationis distincta a coniuncta & disiuncta. Item aliter significat, qa copulatiua copulatiuæ, disiunctiua disiunctiuę, soluta solutę, sed effectus significationis nõ distinguitur à significato copulatiuę quod requirit vtrumque vel disiunctiuę, quæ requirit alterum, quia semper effectus significationis solutę repræsentat vtrumque vt copulatiua, vel alterũ tantùm vt disiunctiua. habet igitur soluta disiunctiuam & propriã speciem significandi, sed non effectum significati extra seipsam. Dy.

In reg. Quid ad agendum. Argumenta.

1 *Agere qui potest excipere multo magis poterit.*
2 *Excipiens de dominio quando non auditur ante restitutionem possessionis.*
3 *Exceptio dominij non excludit interdictũ recuperendæ possessionis.*
4 *Possessor clãdestinus an excipere possit de iure dominij cõtra actorẽ.*
5 *Conductor possessionem locatori restituere cogitur ante omnia.*
6 *Sententia lata in petitorio an pariat exceptionem rei indicatæ in possessorio & nume. 7.*

REGVLA LXI.

QVI ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus.

1 ¶ † SICVT superficiarius & emphyteuta & quicunq; alius habens dominiũ vtile, posset agere contra dñm vtili actione in rem, Ita, si ab eo conueniatur, multo magis excipere poterit. vt ff. de superfi. l. 1. §. quod ait. et de regulis iuris. l. inuitus. §. cui damus actionem. cũ facilior sit causa concedendi exceptionẽ quàm actionem, ex eo quia fauorabiliores sunt rei, quàm actores vt in regula iuris. et ex eo ꝙ faciliores sumus ad absoluendum quàm ad obligandum. vt ff. de actio. et oblig. Arianus. et de pœnis. l. absente. Sed oppon. videtur

a Adde ibi Bar.Bal.& Salicet.& Bal.& Cyn.in l.vis,C. de probat. & Bar,Bal.Alex.in l.si alienam,ff.solut.matrim.et Innocent.in c.bonæ. de postu.præl. quando spoliato per violentũ possessorem conuentum rei vend.posit referre causam dominij.& Bal.& in l.2.in q.13.C.de seruit. & aqua.et Doct.in c.cum dilectus.de ord.cog.& Lud.de Ro.in cõsi.213 et Bal.in l.pen. C. vnde vi. & Bart. & Alex. in l.si quis conductionis.C.loca.& Bal. in c. in literis.I prin. de rest.spol.

tur ꝙ qui admittitur ad agendum, non auditur volens excipere, C.de agri.& censi.l.si coloni.& si per vim vel alio modo l.1.& ad Iul.de vi.l.si quis[a] ad se fundum. a
2 † Sed dicendũ est ꝙ illæ leges locũ habent in iudicijs recuperandæ possessionis, in qbus excipiens de dominio nõ auditur, nisi primò possessionẽ restituat, cũ spoliatũ ante omnia restitui oporteat, hæc aũt regula aliàs obtinet generaliter in quibuslibet iudicijs generalibus,[b] vt dictũ est supra in c.dolo. b superfluũ enim videtur dicere ꝙ is qui possessorẽ spoliauit, posset opponere de domino, quod spoliãdo amittere meruit. vt C, vnde vi.l.si quis in tantam. Et propterea Glossatores Iuris Ciuilis satis enormiter errasse videntur in eo quod scribunt. ff. de iudic.l.si de vi.vbi dicunt
3 † ꝙ exceptio dominij excludit interdictum recuperandę possessionis. Postea contrariũ eius notauerunt ff. de vi & vi arma. l.1.§.1.& de verb.signi.l.mulieris.§.j.& de vsuca. l.sequitur.§.si dominus. qđ videt̃ magis proximũ veritati.
4 † sed an is qui habet possessionem clandestinã posit cõtra actorẽ excipere de iure dominij, dubitatio est, quia iura videntur velle ꝙ violẽta & clandestina æquipolleant, sicut ergo non licet habẽti violentã possessionem excipere de dominio, vt dictum est, ita nec licet excipese habenti clandestinã.ff,qđ vi aut clàm.l.j.§.2.& ad l.Fla.de Plagia. l.eũ q fugitiuũ.sed mihi videtur ꝙ lõge improbior sit causa illius q habet violentam, quàm illius qui habet

b Adde quod Bartol.in consi.81. colum.1. in fi. dicit Dy.hic & in l.2.§.quidam.ff.de interdi.non bene dicere,ꝙ exceptio dominij potest opponi agenti interdicto vti possidetis, retinendæ seu de turbata possessione ut tenet in vltima quæstione hic. quia secundum veram opinionem non potest opponi exceptio dominij, sicut in interdicto recuperandæ, & vide Bartol. in sua quæstion.incip. Lupus fuit captus. col.1. & 5.& in l.natura liter.§.nihil commune.col.2.vers.3. contra prædictam. & ibi Imol. & Alexand.& Doct.supra in 1. addi.alleg.& Oldr.de Lau.consi.1.in fin. & Alexan.in consi.94.col.2.versi.pro hoc quia lib.4.& Card. Alex. in c.in nomine Domini.24 distinct.col.6 versicu.glo.in gremio. & tex. Abb.& ipsum Card.in c.constitutus.de appella.

a Adde quando conductor possit referre quęstionem dominii locatori, Cyn. & Bar. Bal. & Sal. in l. si quis conductionis. C. loca. & quę no. Ioã. And. in c. licet eps supra de præben. eo. lib. & Bar. & Alex. in cõmoda te. ff. de commoda. vbi vide etiam de commodatario, depositario, & creditore & Bar. Bal. Alex. Franc. de Aret. in d. l. si alienam. ff. sol. mat. & Bal. consi. 240. vol. 1. et Alex. in consi. 5. col. vlt. in fin. lib. 4. & in consi. 64. col. 2. versi. accedit etiam. eo. vol. gl. et Doct. in c. inter dilectos. in fi. super verbo, locaui. & ibi insuper Fely. col. 10. de fide instru. Ego puto. quod si vult incontinenti probare se dominum rei conductę, debeat audiri per ea quę no. Bar. & Ioã. de Imol. in l. si filio. §. si. versic. idem dicit Bar. col. 2. ubi etiam Alexand. col. 4. versicu. per hoc etiam dicebat singulariter. ff. solut. matrimo. not.

habet clandestinã. arg. ff. de fur. l. si venditor. §. cum raptor. & ideo habens clandestinã posset excipere de iure dominij. arg. ff. de proba. l. 4. §. eius. Item videtur obstare regulæ. C. locati. l. si quis conductionis, a vbi † conductor cogitur restituere locatori
5 possessionem, licèt conductor paratus sit probare se dominũ, sed illud contingit, quia quędã species spoliationis esset si locatori denegaretur possessionis restitutio, vt ff. de preca. l. vlt. Et ideo non auditur conductor volens se probare dominũ, nisi primo restituat possessionem, vt d. l. j. si per vim, vel alio modo. Item videtur obstare rugulæ illud quod legitur in Auth. de trien. & semis. §. illud quoque. vbi ille qui negauit se possidere, cogitur in aduersariũ possessionẽ trãsferre, licèt paratus sit probare se dñm sed illud contingit in pœnam mendacij. vt in eodẽ titu. §. studium quoque. ff. de rei vendic. l. fi. C. de non numer. pecu. authent. contra, qui propriam, &
6 qui pot. in pign. hab. authẽ, item possessor. † Quæri autem posset, vtrum sententia lata in iudicio petitorio pariat exceptionem rei iudicatæ in iudicio possessorio? Et videtur quòd non, quia separata est causa possessionis & proprietatis. ff. de acqui
b rend. possess. l. naturaliter. §. nihil. b & in l. penult. vnde

Ias. in l. quoties. colum. 15. C. de rei vendic.

b Adde Bar. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. col. 2. versicu. contra istam. licet ibi distinguit aliter quàm Dyn. hic. ibi Ang. in repet. & nouiter Alexand. & gloss. Cyn. Bald. & Sal. in l. incerti. C. de interdic. & Ange. Aret. in princ. versicu. interdic. in prin. versi. in gl. maxime. & Doct. in c. cum dilectus. de causa possess. & propriet. Et quid econtra lata in possessorio prędicet in petitorio. vide Pau. de Cast. in cõsi. 44. in vol. antiquo. et Doc. supra alleg. et Dy. et ibi dixi i. ita, nullus plurib. 16. add.

Adde ad propositũ principalis quęstionis Bal. in alleg. l. naturaliter. §. nihil cõe. ver. vt igitur liqueat. & quę ibi dixi in apostil. in versi. possessorio post Alex. & ibi etiã omnino eundẽ Alex. in 2. lect. ff. de acquir. possess.

vnde qua ratione lata sententia in possessorio non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio. ff. de except. rei iudic. l. 3. & l. & an eadem. §. vlti. Eadē ratione lata in petitorio parere non debet exceptionem rei iudicatæ in possessorio, & memini quod not. ff. de interdictis l. 2. §. quædam ꝙ sententia lata in petitorio absorbet ius in possessorio, & contrarium huius declaratur. C. de interdictis. l. incerti. † Et propter hoc 7
mihi videtur distinguēdum esse, quia si tale est possessorium quod excluditur per exceptionem dominij, vt est possessoriū adipiscendæ & retinendæ possessionis, tunc sententia lata in petitorio nocet in possessorio. Et ita intelligitur quod not. in d. §. quædam. sed si tale esset possessorium, qđ non excluderetur per exceptionem dominij, vt possessorium recuperandæ possessionis, vt supra ostensum est, tunc lata in petitorio non præiudicat in possessorio. & ita intelligitur quod no. in incerti. C. de interdictis.

In reg. Qui per alium. Argumenta.

1 *Tutor quando directa actione tutelæ teneatur*
2 *Deijciens per alium ita tenetur ac si per seipsum deiecisset.*
3 *Occidens per alium tenetur perinde ac si per se occideret.*
4 *Calumniatus per alium perinde puniri debet, ac si per se calumniam fecisset.*
5 *Facere per alium & facere per se quando differunt.*
6 *Factum per alium an idem sit ac si per se factum esset.*

REGVLA LXXII.

Adde ad istā regulam Bald. & Cardin. Alexan in cap. j. §. si quis decesserit. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agna.

QVI per alium facit, perinde est ac si faceret per seipsum.

† SICVT tutor tenetur directa actione tutelæ quando administrat, sic & quādo administrari mādat, quia q facit per aliū, perinde est ac si faceret p seipsum. ff. de administratione tutorū. l. ita. §. ꝙ si quis. & §. gessisse. † Item si- 1
cut tenetur interdicto, vnde vi, qui deiecit per 2
se, ita si deiecit a per alium. vt ff. de vi & vi armata. l. 1. §. deiecisse. & de regulis iuris. l. hoc iure. §. deiecit. † Item sicut te- a
netur 3

netur lege Cornel. de sicariis, qui occidit per
a se, ita [a] & qui occidit per alium. C. de accus. l. non ideo. ff. ad Syllanianum. l. & si certus sit
4 percussor. argum. ad Turpil. l. 1. §. penul. † Itē sicut punitur tanquā calumniator, qui per se detulit, & non probauit. ita, & qui per alium. ff. de iure fisci. l. 2. §. diuus Pius. & l. non tantum. & ad idem potest induci ff. de fideiussoribus. l. postulare, cum infinitis similibus. Sed opponitur, & videtur quòd longè aliud sit facere per se. quàm per alium, ff. de solut. l. in-
5 ter artifices, sed dicendum est † quòd vbi eligitur personæ industria, regula non procedit. C. de cadu. tollen. l. vna. §. ne autem. & d. l. inter artifices. vbi non eligitur personæ industria,

a Adde Bal. & Sal. in l. seruos. C. ad leg. Iuliam. de vi pub. ꝙ licet mandatarius non excusetur a pœna, tamen mitigatur. & vide Cep. in caut. 65 & sequen. & Bart. in l. si quis mihi bona. §. qui iussum. ff. de acquir. hæred. vbi ponit vnum casum singu. de quodam domino quem not. & adde Bald. & Sal. in l. non ideo. C. de accu. & Bar. in opere. ff. de fur. & in l. non solum. §. mandato. ff. de iniurijs. Et an proprie dicatur per seipsum facere qui per alium facit, ita quod comprehendatur in statutis maxime pœnalibus quæ debent proprie verificari, iuxta l. 1 §. hęc verba. ff. de negotiis gest. vide Bald. in cap. causis. §. Opizoni versi. etiam in statutis. de pace Constantiæ. & Doct. supra alleg. & Angel. Aret. in procem. institu §. igitur. col. 2. & in tract. suo Malefic. in gl. Sempronium. ver. 14. tex. & Bar. in l. hæc verba. ff. de adult. & Ias. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iudi. & Alex. in l. familia. §. si. eo. tit. & Bal. in l. Gallus §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. & Cyn. in l. si per alium. ff. ne quis eum qui in ius voc. & Abb. in c. mulieres & ibi Fel. de sent. exc. & Bal. consi. 5. vol. 3. & Alex. consi. 65. volū. 4. & Cepol. consi. 34. & Bart. in l. si is qui col. 21. ver. venio ad secundum, de vsuc. & in l. si vnius. §. 1. ff. de iniur. & And. Barb. in repe. rub. de fide instr. col. 9. ante fi. & an mandans & mandatarius possint excusari in vno & eodē libello, vide tex. sing. & ibi Bar. & Lud. Bol. in l. Athletas ver. scriptorem. & ibi scripsi in addit. meis in eo. versi. scriptorem. ff. de fals. & Bal. in l. minorem. de his quib. vt indig. & Ang. in. §. 1. in auth. vt omnes obe. iudic. vbi dicit vnum quod est fortius. quod etiam si fuissent accusati in diuersis libellis, possunt cōdemnari postea simul. et semel in eadē sentētia. vnde Lud. Bol. in d. l. Athletas. dicit quod mādans & mādatarius tenētur eadē lege, secundū Cy. in d. l. nō ideo minus. C. de accusa. & in l. 1. C. si reus vel accus. mor. fue. & vide Bar. in d. §. si mādato. Ang. Are. in. §. interdū furti. insti. de obli. quę ex delict. nascū. & Cepo. in cautela vlt. Hippol. de Marsi. in suo sing. 181. Abb. et Doct. in c. ad audientiā. de homi. & Fel. in c. sicut dignū. in prin. co. ti. et Cep. in. cō. 34.

a Adde Bar. in l. inter artifices. an quis possit legere per substitutũ. & plene in l. nemo. et ibi Alex. in additio. ff. de duob. reis et Cy. in l. quisquis. C. de epis. & cler. & Bal. in l. parabolã. eo. ti. & Io. And. hic. & in regula, contractus in Mercurialib. & Bar. in l. j. de ppos. agen. in reb. libr. 12. & in l. 1. §. aduocatus. ff. de varijs & extraord. cog. & Fely. in procem. Decretа. col. 30 Et voluit allegare. in c. 1. in 2. col. ver. verũ Doct. de sum. Trinit. & fide cathol. & Specu. in tit. de fals. tiis. §. fin. quaestio. fina. Bald. in l. fina. ff. de excusa. Bal. & Salyc. in l. 1. §. vl aũt. C. de cadu. tollen. & Doct. in c. cum dilecta, de rescrip. & Fel. in c. fi. de off. dele. & Ludo. Bol. in l. certe. §. 1. in primis interpretationibus. ff. de precar. & Ioã. de Pla. in l. nullus qui. C. de decur. lib. x. et ibi Rebuffi. & in addit. meis ad eum. & Panor. in c. firmiter. in antique & not. addit. de sum. Trinit. dixi in glo. in verbo, seruum. in l. Stichum. apost. in versic. eo. in faciendo suos, de statulibe.

stria, tunc procedit effectus regulae. † Item 6 opponitur & videtur impossibile esse factum per alium perinde haberi, ac si fuerit per se ipsum, quia iure cauetur quòd etiam factum ab eodem diuersis temporibus non representat identitatem eiusdem facti, vt ff. de conditio. indebi. l. si non sortem. §. libertus. in Authen. de fide instrumen. circa princip. Dicendum est quantum ad veritatem impossibile esse factum vnius diei factum alterius, sed de quadam iuris interpretatione procedit, quòd factum vnius, alterius intelligatur. vt ff. de duob. reis l. nemo.[a] & not. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. deiecisse. & §. quod dicitur. sed videtur quòd haec regula sit superuacua per illam quę est posita supra cap. potest sed non est, si quis bene aduertat, quia illa loquitur de potestate explicandi per alium; ista verò de effectu explicati. Dynus.

In reg. Factũ legitime, Argumenta.

1 *Matrimonium legitimè contractum nõ dissoluitur ob furorem alterutri superuenientem.*

2 *Faciendũ quod ab initio impedit, iã factũ tollit.*

3 *Tutor suspectus accusari nequit tutela finita.*

4 *Actio de partu cognoscendo locum non habet patre mortuo.*

5 *Stipulatio seruitutis quãdo cõstituatur pro indiuiso.*

6 *Actus profectus nõ vitiatur si deuenerit ad casum, à quo incipere nequiuit.*

7 *Inquisitio inchoata cessat ordinatio superueniẽte.*

8 *Legatum debiti pure factum crediteri non valet, in diem autem valet.*

REGVLA LXXIII.

FACTVM *legitimè retractari non debet, licèt postea casus eueniat à quo non poterat inchoari.*

1 †Si homo sanæ mentis cōtrahat matrimonium, licèt postea fiat furiosus, non propter hoc dissoluitur matrimoniū iam contractū. vt ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. parte furioso. Item si homo sanæ mentis fecerit testm̄, licèt fiat postea furiosus, non vitiat
a testamentū.a ff. de testa l. is cōi. & de bono. pos. secū dū tab. l. 1. §. sufficit. & ad huius confirmationē accedit quod generaliter dici solet, nō tollit factū, qđ impedit faciendū, vt ff. eo. l. in ambiguis. §. non est
2 nouū. & de acqui. hęr. l. si seruū quis. §. vlt. †Sed opponitur & videtur ꝙ illud quod impedit ab initio faciendū, tollit iā factum, quia si stipulor seruitutē ad partē fundi mei pertinentē pro indiuiso, stipulatio nulla est. Item si stipulor ad totū fundū, stipulatio tenet. & si postea partē pro indiuiso alienā, stipulatio corrūpitur. vt ff. de serui. l. pro parte. & de ver. ob l. si sub vna. §. si quis via. ergo illud qđ im-
3 pedit ab initio faciendū tollit iā factū. †Itē si tutela finita est nō habet locū accusatio de suspecto. ff. de suspec. tut l. 4. §. quæri pōt. adeo ꝙ si proposita accusatione suspecti, tutela finitur, expirat accus. de suspect. tut. l. post finitā. Itē prędiudicialis actio de partu cognoscēdo nō habet locū mortuo patre vel auo cuius filiū vel nepotē qui se esse cōtēdit, adeò ꝙ si p̄iudicialis ꝓponatur cōtra patrem, si moritur pr̄, expirat iudiciū inchoatū in actione p̄iudiciali, vt ff. de lib agn. l. 3. §. qa Plautianū. in verb o, adeo. per quæ omnia patet ꝙ casus impediēs ab initio, tollit iā factū superueniēs ex postfacto. Sed dicēdum
b est b ꝙ aut factū erat inchoatū, & nō perfectum, &
5 túc tollitur †per eū casum qui impediret inchoari, vt si stipulatus sum seruitutē prædio meo, & antequā cōstituatur alienā totum prædium vel partem

etiam

a Testamentum. Fecit supra eod. cap. possessor. nume. 21. dicendum vt dixi supra eodem cap. 1. nu. 25.

b Adde ad notata hic per Dyn. Bartol. & Bald. & Moder. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris. & Bartol. in l. penul. §. fina. & ibi Alexand. ff. de verborum obligatio. & quæ not. Dyn. supra in prima regula. in v. quęstio. & in regu. 2. versicu. 2. oppo. et Cyn. Bal. & Saly. in l. si Gaudentius. C. de contrahenda emptio. et Ioan. Fab. & Angel. Aret. in §. econtrario. instit. de leg. & Philip. Franc. in d. reg. 2. col. 2.

eius pro indiuiso, corrumpitur stipulatio, vt d.l. si sub vna.& d.l.pro parte.& de custo. reorum.l.2. & ff. vt in possess.leg. l.si pæcuniæ.§.q fideicōmissū. & de adult.l.si maritus.§. si ante. & ad idem tendit d.l.post finitā.de suspect.tuto.& d.l.3.§. quia Plautianū.de liber.agnoscend. de his quæ pro nō scrip. habēt.l.si in metallum.† sed si factum iam erat per 6
fectum & legitime confirmatum, ut quia seruitus promissa erat iam constituta, testamentum incohatum erat iam perfectum, et matrimonium erat iam per consensum contractum, & similia, tunc casus superueniens qui impediret ab initio inchoari, non tollit iam factum. & ita loquitur regula.ff. eod. l. in ambiguis.§.1.et de ritu nup.l.si qua.& de seruit. rustic.prædio.l.uia.§.quæcunque.& de uerb. obli. l.pluribus.§.& si placeat, unde sumitur arg.† quod 7
si post inquisitioné per officium incohatam; et ante sententiam, superueniat ordinarius accusator, inquisitio a quiescat, sed si superueniat post sen- a
tentiam, non tollitur effectus inquisitionis factæ, nisi probaretur præuaricatū processum.ff de præuaricato.l.præuaricationis. & de liber. homi. exhibē. l.3.§.si tamē postea.& de accus.in l.si cui.§. ijsdem. & d.l.si maritus.§.si ante. Sed contra prædictam. solutionem uidetur institu. de leg.§.e contrario. ff.ad legem Falcidiam, verbis legati. vbi dicitur† 8
quod si lego debitum pure creditori, non valet legatum, sed si lego debitum in diem; bene ualet legatum, adeo quod si dies ueniat testatore uiuente, legatum non uitiatur. Sed dicendum est, quod aut superuenit casus annullationis, & tunc habet locum prædicta distinctio, aut superuenit casus b b
ad eundem effectum tendens, & tunc alium tendē tem ad eundem effectum quem inuenit, secum cō-

currere

a Adde, et no. ꝙ si incepta inquisitione superueniat accusator, finiatur inquisitio de quo uide Cy.& Bar in l.3.§.quia Plautianum.ff.de libe, agnosc. & Dy.& Bar.in l.si maritus.§.si ante.& ibi Alex.in additio.ff.de adul. & Dy.& Bar.in l.pen.ff.de suspect.tuto.in quibus locis tenet Dy.opin. quā tenet hic. Sed contrarium tenet Inno. c. super literis. de rescrip. & Cyn.in l.ea quidem.in fi.C.de accus.sed Bart. in d. l. si maritus. ponit vnā distinctionē cū qua transit Bal. in d. l. ea quidem.col. penul. & Fel.in c.nullī.col.1. versic. not.ex gl.1. de accusat. & ibi Abb.& Bar. in sua. dispu. incip. iudex malefic. col.2.versic. 9. Et adde q̄ not. Bald.in l.si seruus plurium.§. si quis ante.ff. de leg.1.& singulariter Ange. Areti. in tract. malefi. in prin. col.10. uersicu. quæro, an inq̄situs. ibi vide Ang. de Arim. & Bart. Land. in addi.& Cād. de malefic.titu. quomō de malef. cog. & per inquisitionem. col.3.vesic. sed pone ꝙ iudex.

b Adde, qn̄ casus superueniēs, tendens ad eundem effectum cum legato fa.

clat ualere legatum. Barto. in l. 2. ff. de his qui pro non script. hab. & Iasus. in l. pluribus. §. si placet. & ibi Paul. Pet. & Alex. ff. de uerb. obli. Adde inquantum hic tangit materiā decimarū, & an ex priuilegio possunt cōcedi laicis, & per quē, vide Archi. & Card. Alex. in c Hadrianus, 63. dist. et in c. in synodo, 97. dist. notat Host. in c. quāuis. de deci. Card. in cle. clerici. q. 4. eod. titu. dixi in aposti. ad Panor. post eum & alios. in c. cum homines. nu. 3. i vers. nec prescribere. eo. tit. in antiq. & reli. c. causam. col. 2. versic. signa theoricam & versi. limita. 10. de præscrip. & Pā. omnino. cōs. 136. volu. 1.

currere patitur ut in d. §. econtrario. instit. de leg. & d. l. uerbis legati. ad leg. Fal c. Dyn.

In reg. Quòd alicui. Argumenta.

1 *Concessum alicui gratiose, ab alijs in exemplum trahi non debet.*

2 *Immunitas alicui concessa non excusat reliquos quo minus ad munera teneantur.*

3 *Beneficium alicui specialiter indultum, non debet ab alijs trahi in exemplum.*

REGVLA LXXIIII.

QVOD alicui gratiosè conceditur, trahi nō debet ab alijs in exēplū.

1 †SI summus Pōtifex concessit alicui de gratia speciali, q̄ posset habere plura beneficia cum cura, uel q̄ posset per procuratorē uisitationē facere, vel percipere integraliter fructus beneficiorū suorum, absque eo q̄ in ecclesijs resideret, hoc non debet trahi ab alijs in exemplum, sed ius commune seruari, quod est per omnia contrarium supradictis

2 †Item si concessit alicui q̄ non teneatur subire munera publica, vel soluere decimas, quia forte in aliqua re prospere gesta uirtuose se habuit hoc similiter trahi non debet ab alijs in exemplun., sed ius commune seruari. & hoc est quod vult dicere regula, & probatur ff. de consti. prin. l. 1. versi. planā ex ijs. & C. de decur. l. neque Dorotheum. & l. nullus. lib. 10. & de episcop. & cler. l. quoniam, sed etiā videtur, q̄ ea quæ certæ personæ adscribuntur, constituant ius commune, vt C. de nu. codi. compo. l. 1. §. nullaque dubietate. Dicendum est, a q̄ aut rescribitur alicui personæ, vel uniuersitati, cōcedendo

a Adde Bart. et ibi Ang. d Pe rus. i addi. in l. neq; Dorotheū et ibi Io. d Pla. C. d decu. li. x. et qd not. Cep. cau. 92. et Bar. et Io. de Plat. in l. vacuatis. et C. de decu. et Bar. Bal. & Doct. Mod. i l. 1. ff. d consti. prin. & Ang. Are. insti. d iure natur. §. qd prin. et Dy. supra. in regula priuilegiū psonale. & i regula. q̄ a iure cōi. & in regula, i iudicijs & in regula q̄ ob gratiā, & q̄ scriptsi in prædictis locis.

a Adde Cyn. Bal.Sal. & singulariter Ale. & Iaf. in d. l. cum proponas, C. de pact. & Ab. & pulchre Fel. in c. peruenit, Ioã. 2. d iureiur. colũ. & Ioan. And. hic in nouel vbi Alex. et Fel. ponũt 5. casus fallen. q rũpẽti fidẽ uel iuramẽtũ, debet fides seruari, vt ibi vide & Alex. I l. vt responsum in princip. C. de transact. Adde dũ q̃ritur, an fides sit seruãda eam frãgẽti. Car. omnino in c. peruenit, el. 2. de iure iu. & Bar. Soc. plene i suo trac. fallẽ. reg. 149. ponit regulã ne gatiuã, & illã sepiẽ limitationibus restringit. Dixi i apostil. in ver. eo q nõ seruat. posita. sup glo. in ver. legitime. ff. de loco pub. fruẽdo. & no. Fel. post Abb. in ca piru. 2. colũ. 2. versic. uenio ad secũdam partẽ. de iureiuran.

concedendo beneficium † speciale, & tunc non debet trahi ab alijs in exemplum, & ita loquitur regula, & l. superius allega. & probatur. C. de lega. l. leges ut generales in fi. aut rescribitur constituendo ius commune, & certæ personæ expresio nihil operatur, quia iura non in singulas personas sed generaliter constituuntur, vt in d. l. 1. §. nullaque C. de nouo cod. compo. & ff. de legat. & senatuscon-sul. iura. Dyn. 3

In Reg. Frustrã. Argumentã.

1 *Fides non est seruanda ei qui prior fidem fregit.*
2 *Locator expellens colonum non soluentem pẽsionẽ, non potest ad pœnam conueniri.*
3 *Pupillus qui sine tutoris autoritate rem uendidit, fidem emptori seruare non tenetur.*
4 *Emens à pupillo sine autoritate tutoris non caret culpa ideoque pupillo obligatur & no contrà.*

REGVLA LXXV.

FRVSTRA *fidem quis sibi postulat seruari ab eo, cui fidem à se præstitam seruare recusat.*

¶ † SI duo fratres habẽtes domos cõmunes, inuicẽ cõueniunt de nõ alienãdo sub certa pœna, & vnus eorum alienauit, & vult q alter ab alienatione abstineat, non auditur, quia frustra sibi fidẽ postulat à me seruari, qui fidẽ seruare recusat. ff. eodẽ. l cũ pater. §. illi. & de leg. l. cũ pater. §. libertus. † Itẽ si locaui domũ pro pẽsione certa, & promisi eũ nũquã expellere, sub certa pœna, & cũ expello, q a pẽsionẽ nõ soluit, nõ potero cõueniri ad pœnam, q a frustra sibi postulat à me fidẽ seruari is, qui fidem seruare recusat. ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem. & quia generale est. q non seruanti fidem, non debet fides de necessitate seruari; vt ff. de inofficioso testamen. l. si institui. in principio. & C. de pactis in l. cũ proponas. [a] & de transact l. si diuersa. & l. 1
2
a

si quis

si quis maior. Sed cõtra regulã uidetur. ff. de act. empt. l. Iul. §. si quis a pupillo. vbi pupillus vẽdens sine tutoris autoritate non seruat, nec seruare cogitur fidẽ emptori, & tamen emptor cogitur seruare pupillo fidem, sed regula locum habet, ubi eadẽ est
3 æqualis ꝑ omnia ꝑsonarũ cõtrahẽtiũ conditio. †In cõtrario uerò nõ erat æqualis, & poterat imputari emptori, q̃a sciebat uel scire debebat pupillũ cõtrahẽdo nõ posse sine tutoris autoritate obligari, vt ff. de cõtrahẽ. emp. l. q & ą quolibet, a & de acquir. hæred. in l. more. Ei ideo ratione illius culpę tenetur ipsi pupillo, & nõ pupillus sibi, aliàs autem vbi culpa non posset sibi imputari, quia contraxisset cum tutoris autoritate, sicut pupillo subueniretur per restit. in integ. nec tenetur per restitutionem seruare fidem emptori, ita virtute eiusdem restitutionis subueniretur emptori, vt non teneatur fidem seruare pupillo, vt C. de repu. quæ fiunt in iudi. in integ. l. vnica. & aduersus cred. l. 1. & 2.

a Adde Dyn. in regula, quia contra iura. in prin. infra eo.

b Adde ꝙ pupillus, ecclesia, ciuitas, & vniuersitas æquiparantur secundum glos. in l. præses. & ibi doct. C. quomodo & quando iud. & glo. Bald. & Lud. Bolog. in secundis interpret. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. & glos. & doct. in l. res publi. C. ex quibus cau. ma. in integrum rest. & Barto. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuius. vniuers. nomi. de tuto. & præ. lat. vide in seque. appost. & Ange. pulchre in consi. 246. incip. quia omne datum optimum.

In reg. Delictum. Argumenta.

1 *Delictum personæ non præiudicat ecclesiæ.*
2 *Ecclesia quatenus ex dolo prælati possit obligare.*
3 *Vniuersitas quatenus ex facto priuati teneatur.*
4 *Delictum prælati uel collegij quãdo in damnum ecclesiæ possit redundare.*

REGVLA LXXVI.

DELICTVM *personæ non debet in damnum ecclesiæ redundare.*

1 ¶ †SI Abb. vel monachus vel alius clericus delinquat iniuriã faciẽdo, uel dãnũ dãdo, uel alicuius possessionẽ violenter occupando, ecclesia non tenetur, quia delictum personæ non debet in damnũ ecclesiæ redundare, nam qua ratione delictum tutoris non obligat pupillum. ff. de re iudi. l. neq;. & de tab. exhib. l. pen. eadem ratione delictum clerici, uel prælati, non debet ecclesiam obligare, cum pupillus & ecclesia b parificentur ex una parte, &

certum

col.2.de accus.& Abb.Sic.in d.cap.1.de dolo & contuma. & Aege.cōs. 242.incip.omne datum.& Fel.in cap.ad audientiam.in 2.col.4. versicu. secundo militatur.de rescript.& Abb.& Fely.in c.cum venerabilis. col. 5.versicu.ad intellectum regulæ,delictum,de except.vbi dicunt ꝙ delictum prælati non nocet in iudicialibus. & Fel.in c.cum accessissent.col. 16.vers.& pro intelligētia etc. de constitu.vbi ponit duos casus quibus prælatus tacite potest præiudicare ecclesiæ. & vel.in c.accepimus.col.2. ante finem.versic. et non solum. de fide instrumen. Adde inquātum quærit, an & quando delictum prælati noceat ecclesię. Tu vide Bald. omnino in l.iubemus nullam. num.4.& quod ibi signaui in apostill. ad ipsum in versicu. delictum prælati. C. de sacros. eccle.& in preiud.seu,co.ti.dixi in apostil.ad Panormita.in c.si diligenti.nume.34. in versic.nocet ecclesiæ.de foro competen.& in cap.Imperatorum.nu.3. in versic.præiudicat ecclesiæ.de iuram.calum.& quid in commisso ante prælaturam.vide eundem Panormita.in cap.cum venissent.nume.17.in versicu. vita sua. & ibi quid in feudo.de institu.Bal.in c.fina.de cap.cor. & Alexan.cōsi. 23.vol.j.Et de vniuersitate quando teneatur ex delicto, vide istum in l. super.& quod ibi posui in apostil.in versic. si communicato consilio. ff. quod ui aut clam.dixi post Iacobum Rebuffi in l.quinque casus.nume.1. C.de decurio.libr.x. melius in additio.ad eundem in rubric.8.C.de non nume.pecun.eod.titu.nume.1.vbi limitaui hanc regulam, dixi etiam in additio.ad Panormitanum in capitu. in causis. nu.5. versicu. per sonum campanæ.de electio.Ange.late consi.47.vel 157.Franc.de Are.in cons. 154.& Oldra.consi.65.

nicato consilio, redundare posset in damnum ecclesiæ: vt d.l.iubemus. delictum vero prælati tantùm, seu alicuius aut aliquorū de collegio ecclesię non præiudicat: & ita loquitur regula Dyn.

In reg. Rationi, Argumenta.

1 *Hæres succedens in honore, succedit in onere.*
2 *Succedens in honore quando succedat in onere.*
3 *Substitutus in honore hæreditatis, an succedat in onere legatorum.*
4 *Legata quando debeantur et quando inutilia reddantur & nu.seq.*

REGVLA LXXVII.

R*ATIONI congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore.*

¶ HAEC regula pertinet ad materiam regulæ

a Adde Dy. & quæ ibi dixi in regu. qui sentit. in 1. additio. & glos. & Doct. moder. in l. secundum naturam. ff. eod. titu. vnde B. Paulus 2. ad Corinth. 1. dicit q sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. & Beatus Bernar. super Cantic. ait O bone Iesu quot sunt super terram qui tecum vellent habitare in cœlo, sed pauci sunt qui vellent tecum so ciari in pœna et labore. Ideo dicitur Matthæi 26. omnes, relicto eo fugerunt.

b Adde quando onus vel cōditio apposita in institutione, videatur tacite repetita in substitutione. Bart. in l. sub conditione. & ibi Bart. & Docto. Moder. ff. de hæredibus instituē. & Bar. Bald. et Sal. in l. vna. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. & Bart. & Ioā. de Imol. in l. legatum. ff. de cōditio. & demō. & Bar. singulariter. et ibi Alexand. in l. licet Imperator. de legat. 1. & celebrem glo. in l. si cui. §. a filio. & ibi Bartol. & Alexā. ff. de legat. 1.

gulæ præcedentis supra eo. cap. qui sentit, licèt enim conuerso modo loquatur, ad eundē tamen tendit effectum: † & propriè poni potest exemplum in substituto in honore, id est 1
hæreditate, quæ honor appellatur: vt ff. de leg. præstand. l. filium. §. si à legato. & propterea succedit in onere, scilicet legatorum: quæ relicta ab instituto videntur legis potestate tacitè repetita à substituto: vt ff. de leg. 1. l. licet Imperator. & de leg. 3. l. si Titio a & Mæuio. §. Iulianus, & l. cum pater. §. ab instituto. a
¶ † Sed opponitur & videtur quòd substitutus 2
in honore non succedit in onere: iure cauetur quòd si hæredi instituto sub conditione simpliciter substituatur alius, onus conditionis in personā instituti adiectum, non videtur in personam substituti repetitum. ff. de hæredibus instituend. l. sub conditione. sed ibi grauatur in onere conditionis nouæ quæ in personam instituti non erat: & ideo ibi conditio institutionis nō videtur repetita in substitutione:b vt ff. de leg. 1. l. licet. Item oppo. & videtur † quòd substitutus in honore hæreditatis, non succedat in onere legatorum. vt d. l. b 3
licet. de legat. 1. & ideo distingui oportet, quia aut legata repetūtur verbis testatoris expressis, aut non. Si verbis expressis, cum eiusdem diei vel conditionis adiectione, aut simpliciter. † Si cum eiusdem diei, vel conditionis adiectione, expectatur illa, etiam si legatum redderet inutile, vt ff. de leg. 1. l. si quis 4
à filio. circa princi. Si simpliciter deberetur,

non

a Vendere filium, hoc est verum si talis filius sit in potestate patris, vt not. Ioan. de Imol. in l. 1. col. 3. ff. de vulga. & pup. l. 2. C. de patr. potesta. not. Specu. in tit. de feu. §. 2. versicu. quod fallit in filio sacerdotis. quoniã pater etiam propter necessitatem vendere non potest. Ita singu. Hostien. in c. Iudæorum. de æta. & qualita. quem ibi scrib. refert, & sequitur Hippolyt. de Marsil. singul. 110. incip. pater.

Adde quãdo quærit an conditio apposita in institutione videatur &c. istum in l. firmio. §. pater. & quod ibi posui in apost. ad ipsum. in versicu. non videtur. ff. vt leg. non cauea. ponit Rom. singul. suo 668. incipi. scis quod conditio. & consil. 110. & consil. 129. Anto. Corset. singu. suis in versic. clausula. inci. clausularũ. in fin. apposita. Ang. cons. 144. & vide omnino quod posui in tracta. meo clausularum. in versicu. clausula. in principio. et nu. 2. & per totum. & dixi in apostill. ad Bartol. consil. 39. incipiẽ. clausula relinquit.

non expectata conditione vel die quæ in personã instituti fuerat adiecta, vt d. l. si quis à filio. & l. si 5 cui. §. à filio. † Si verò non repetuntur verbis expressis, tunc legis potestate tacitè repetitata, intelliguntur, cũ eadem semper conditione & die. vt ff. de legatis 2. l. cum pater ab instituto. nisi talis esset conditio, quæ redderet legatum inutile, vt ff. de verborum obligatio. l. Titia. §. idem respondi. de fideicommiss. lib. l. vlti. & hæc vera sunt in onere personæ non cohærente, in eo enim quod personę cohæret, non succedit qui substituitur in honore, vt ff. de adimend. legat. l. legatum sub conditione. & de conditio. & demonstra. l. legatum. & de adimen. lega. l. Caio. in princ.

In reg. In argumentum. Argumẽta.

1 *Pater fame compulsus filium vendere potest, aliàs non.*

2 *Sacra necessitate cogente alienari possunt.*

3 *Permissa necessitati an possint in argumentũ trahi.*

4 *Necessitatis causa permissum trahi potest in consequentiam ubi non est nominatim prohibitum.*

RREGVLA LXXVIII.

IN *argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.*

1 ¶ PROPTER necessitatem famis † concessum est patri vendere filium, a & ideo non debet in argumentum trahi, vt in aliis causa filium vendere

dere liceat.C.de patr.qui fil.distr.l.prima & secun-
da.† Item propter necessitatem permissum est, 2
quòd fiat alienatio rei sacræ, scilicet pro redimen-
dis captiuis. C.de sacrosanc. ecclesi. l. sancimus. &
ideo non debet in argumentum trahi. quæ enim
contra ius commune conceduntur, non debent ad
consequentiam trahi, supra eo. l.quod alicui. & ff.
eo. l.quod contra.& ff.de leg. & sena. l.quod vero.
& l. in his. & l. ius singulare.† Sed si eadem ratio 3
necessitatis [a] vel maior subest, an ea quæ propter a
necessitatē recepta sunt, licebit in argumētū trahi?
videtur quòd non, vt hic. & ff.eod. l.quod contra.
& de legi.l.quod verò. Econtra videtur quòd sic,
quia ea quę conueniunt in identitate rationis, non
debent separari in constitutione iuris. vt ff.de leg.
j.l.si domus.§.cùm vero alicui. & de inuti.testa.l.
posthu. Circa hoc Glossatores iuris ciuilis variant.
nam ff.eo.l.quæ propter.determinant, quòd in ar-
gumentum

a Adde hic not in regu.quę a' iure communi.supra eo.& Bartol.in l.si constante.& Docto.in l si vero.§.de viro.ff.soluto matrimo. Cyn.Bald. Angel.& Salyce.in l.1.C.de patrib.qui fil.distraxe.& Felyn.in cap.dilecta,colum.22.versicu.fallit octauo.de rescript. & Cyn.in l.illud.circa finem.C.de sacrosanct.eccles. & ibi Bartol. quando in legibus & statutis exorbitantibus ex regulis generalibus ꝓcedatur de similibus ad similia, quia aut secundum Bald. in l. 2. colum. 2. de patrib. qui fil. distraxe.procedere de similibus ad similia est æquum, & fauorabile. & tunc procedit, vt not.glos.in l. ob æs.C.de ꝓd. min. licet enim reperiatur expressim a' lege prohibitum. secundum Doct. supra alle.quod est contra Dy. hic. aut odiosum; & tunc non proceditur.vt d.l.2.C.de patrib. qui fil. distraxe. & ideo in statutis pœnalibus exorbitantibus a' iure communi nulla fit extensio. vt dicit ibi Bald.licet in cap.j.§.porro.colum.3. versicu.deinde not. quæ fuit prima cau. benefi. amitt. dicat contrarium. sed intelligo Bald.quando pœna imponitur respectu alicuius personæ, tunc non fit extensio. vt d.l.2. & tenet Alexand. consil.29.colum.penult.& fina.& in consil.112.colum.penulti. versicu. prædictum statutum. & in consi.85.lib.quarto.de quo vide in l.si quis seruo.C.de furt.& Cardina. Alexand.in capitu.1.colum.2,27.distinctio.& Abb.Sicu.in capitu.cum dilecta.de confirma.vtil vel inutil.& pulchre Anto.Corset.in suis singu. in litera,extensio.in 1.& 2.& Angel.Aret. in .§. ex maleficijs. colum. 10.versicu.in ea glo.in fine.institu.de actio & Ias.de May.in .§.sequēs. colum.2,& in .§.in personam.colum.19.in fine.post Ioan.Fab.& Card. Alexandr.in d.cap.j.§.prædictis.a.quę fuit prima cau.& Ioan.de Imo. & Ludo.de Rom.in d.§.de viro.& Alex.in d.l.si constante,in princip. colum.3.versicu.item in quantum.& Cyn.Bartol.& Bald. in l. non dubium.C.in legi.& Ioan.Andr. & Docto.in regu.odia. supra eodem titu. in Mercuria,& Saly.in l.2.C.de noxa.& plene per dominū Math.de Math.

gumentum trahere licet, vbi eadem ratio neceſsitatis, vel maior ſubeſt. ſed C. de patr. qui fil. diſtra. determinant, quòd non liceat in argumentum trahere, vbi eſt eadem ratio ne-
4 ceſsitatis vel maior ſubeſt. † Sed credendum eſt quòd quando nominatim non reperitur prohibitum ad conſequentiam trahi, quod trahere liceat, vbi eadem vel maior cauſa neceſsitatis ſubeſt, cùm ea quæ conueniunt in identitate rationis, non debeant ſeparari conſtitutione iuris, vt dictum eſt, ſed lex 2. de patribus qui fil. diſtraxe. reſtringit conceſſionem, cum dicit in hoc tantummodo caſu &c. Et ideo non licet trahere in argumẽtum, licèt ſimilis cã ſubeſſe reperiatur, quia reperitur expreſſa prohibitio in contrariũ vel quæ expreſsè æquipollet. Contra hanc diſtinctionem videtur expreſsè l. C. de procurat. l. curiales. lib. 10. ſed dic vt infra eo. c. ſeq. Dy.

Math. in ſuo eleganti tracta. extenſionum. Cum pater poſſit vendere filium ex cauſa neceſsitatis. vt in iuribus ſupra allegatis, fallit in filio presbyteri. ſecundum Hippolytũ de Marſil. in ſuo ſingu. 101. quod notat.

Adde ad finẽ huius appoſtill. quod no. in additio. præceden. in verſicu. vendere filium. & Ioan. de Ana. in capit. ſi quis. colum. 2. verſi. tu adde &c. de furtis, & ratio eſt, quia illud operatur ordo ſacer, ſeu clericalis. & pleniſsime poſuit idem Hippoly. de Marſi. in repetitio. rubri. de fideiuſſo. charta 15.

In reg. Nemo poteſt. Argumenta.

1 *Vendens rem aliquam, id iuris transfert ſolum, quod in eadem habet.*
2 *Venditio rei fit cum onere ſuo.*
3 *Bona pupilli an poſsint uſucapi.*
4 *Traditio rei an poſsit aliquid transferre, quod penes tradentem non fuerit.*
5 *Transferre qui poſſunt plus iuris quàm habeant.*

REGVLA LXXIX.

N*EMO poteſt plus iuris transferre in alium, quàm ſibi competere dignoſcatur.*

†SI vendo tibi & ex causa uenditionis trado rem aliquam, illud iuris quod erat penes me venditorem transit in te emptorem. Vnde si eram directe dominus, directum dominũ trásfertur in emptorem, si utiliter, utile dominium transfertur in emptorem. ff. de act. empt. l. exempto. in prin. † Itẽ si erat libera penes me venditorem, transibit libera ad emptorem. Item si seruitutem debeat, cum seruitute transibit. Item si erat alijs obligata & poterat à me per hypothecariam aduocari, cum eadẽ obligatione[a] & possibilitate aduocationis transibit, quia res transit cum sua causa, id est cum suis oneribus. ff. de acqui. do. l. traditio. & de contrah. empt. l. alienatio. & C. rem alie. geren. l. 1. C. sine cẽsu uel reliq; l. 2. Sed oppo. & videtur ꝙ aliud iuris sit penes tradentem, & aliud penes eum cui fit traditio. † Constat enim rem pupilli inusucapibilem esse. ff. de acquir. re. do. l. bonæ fidei. & tamen si legitime uẽdat alij & tradit, incipit esse vsucapibili. ut ff. pro empt. §. si à pupillo. Sed dicendum est quòd priuilegium personæ ad quam pertinebat dominium, reddebat eam inusucapibilem. Et ideo persona domini mutata mutatur conditio rei venditæ. ut ff. de acquir. hære. l. Paulus respondit. §. 1. & de colla. bo. l. 1. §. si is qui bona. & de publi. l. citatio. §. vlt. † Item oppo. & uidetur ꝙ traditio transferat illud, quod non est penes tradentem, constat. n. ꝙ si habeo dominium rei, ꝙ non habeo vsumfructum, cũ res sua nemini possit seruitutem debere. ff. si vsuf. per l. utifrui. & de ser. vrba. præd. l. in re cõi. tamẽ possum constituere seruitutem usufru. ff. de vsur. l. quod nostrum. sed ibi non transfertur plus, sed per constitutionem uariatur tantum species usufru, quia penes me dominum erat causalis, & nõ erat species seruitutis, penes eum cui cõstituitur formalis, & erit species seruitutis. † Fallit autem hæc regula in tutore uel curatore. Item in procuratore, iudice, executore, creditore, in malæ fidei venditore. Item in censitore. Item in flumine,

a Adde quando obligatio personalis vel realis & hypothecaria transeat contra quẽcunq; possessorem. glo. & ibi Barto. in l. 2. ff. de alimen. leg. & Bar. in l. fundus, quem. & in l. Caius. ff. de anu. leg. & tex. & glo. in l. fi. §. fi. et ibi Alexand. in addit. Barto. ff de cõtrahen. emp. & Ang. Aretin. in . §. fi. uer. in gl. pecoris. institu. de ser. & Bart. in consi. 211. col. 2. versi. circa hypothecariam. & Bald. consi. 38. libr. 1. & glo. in Prag. Sanct. de anna. §. item fuit. in versi. teneatur.

ne. In libertatis donatione, & in Imperatore Augusta de quibus late notari solet. ff. de acquir. re. do. l. traditio. & de regu. iur. l. nemo plus iuris. & institu. quibus alien. licet. circa
a princ.a & ideo superuacuum foret hoc scribere Dyn.

In reg. In toto. Argumenta.

1 *Absolutus à petitione totius fundi absoluitur à qualibet eius parte*

2 *Actu legato non potest iter adimi.*

3 *Item bifariam sumi potest.*

REGVLA LXXX.

In toto partem non est dubium cõtineri.

De materia huius regulæ tractatum est supra. eod. c. plus. sed nihilominus ex abun-
1 danti dicendum est † quòd qui absoluitur à petitione totius fundi, intelligitur absolutus à qualibet eius parte, cum in toto pars conti-
b neatur. b ff. de except. rei iud. l. si quis cum totum. quòd autem regula falsa sit, potest ostẽdi, quia iure cauetur quòd in actu contineatur iter. ff. de ser. rustic. præd. l. actus. & institu. de seruit. §. actus & tamen qui absoluitur ab actu non uidetur absolutus ab itinere, quod est pars actus. nec contra, vt ff. de exceptio: rei iudic. l. si mater. §. si quis ita. & ibi
2 nota. † Item iure cauetur quòd si testator legat actum, & postea adimat iter, ademptio est inutilis, quia non videtur ademisse totum, uel partem eius quod legauit. ff. de adi. lega. l. 2. ergo patet quòd in toto non
c continetur pars. Dicendũ est ꝙ iter c dupliciter

a Adde quando plus transferat quam habeat. Io. Fabr. Chroph. Porc. & Ias. in addi. Ang. de Areti. in. §. 1. institu. quib. mo. alie. licet. & Ioan. Andr. hic, & Doct. Moder.

b Cum in toto pars contineatur. Adde quod aliquando etiã totius appellatione venit totum. vt not. Barto. in l. plures. ff. de dã. infect. et Alex. in l. 2. C. de his re. instit. quod an & quãdo sit verũ, vide quod not. plene in l. vxori. in apos. in versi. totum contineatur, & ibi etiam gl. & Barto. ff. de leg. 3. & de his vi de Anto. Cors. sing. suis i ver. pars. incip. licet appellatione partis.

c Adde quando iter sit pars actus. Bar. in l. 1. & 2. ff. de adi. leg. qui sequitur Dyn. hic, licet de eo non faciat mentionem.

a Adde an vicarius episcopi sine mãdato speciali posſit conferre beneficiũ Dy. in reg.beneficium.et quę ibi dixi & per doct. hic & Io. Andr.de S.Ge. in d.c.cum i generali. hic alle. & Abb. in c. ex frequenti.& c.ex autoritate. de insti. & in consi. 88. volum.1. & quæ no. Fel. in cap. quoniam.col.2. vt lite non contest.§.1. ꝙ si vicarius episcopi ex speciali mãdato, cũ ignoret alium uicarium fuisse creatum, contulit unum beneficium, an valeat collatio. vide Ludo. de Roma. in suis sing.fol.3. ver. fuit qui col.1.

Adde ꝙ voluit allegare Roma.singul.650. incip. tu scis ꝙ fundatores.

ter sumitur. † nam vno modo sumitur pro distincta specie seruitutis, & sic eo modo sumpta non est pars actus, imò species seruitutis actui opposita & coæqueua,ut ff.si ser. ven.l. loci corpus.§.1. & d.l. 1.de adi.leg. Alio modo sumitur iter pro cõmoditate eundi,& hoc modo sumptũ,habet se ad actũ, sicut pars ad totũ, quia est pars subiectiua ad actum, & actus est totũ potestate ad iter, qui sui ptãte iter cõprehendit. & in hac significatione sumitur .ff.de serui.rusti.prædio.l.1.§.actus.& de verb.obli.l. qui v sumfru.& de nouatio.l.si pupillus.§. vlt. Dy. 3

In reg.Generali. Argumenta.

1 *Vicarius episcopi beneficia non confert sine mandato speciali.*

2 *Filius donare nequit,cui libera administratio cõcessa est.*

3 *Filius cui concessa est peculij administratio libera in fraudẽ creditorũ alienare non potest.*

4 *Concessio generalis quæ continere soleat.*

REGVLA LXXXI.

IN generali concesſione, non veniunt ea quæ quis non eſſet uerisimiliter in specie conceſſurus.

1 †EXEMPLVM poni potest in generali vicario episcopi qui conferre non põt beneficia, nisi super hoc mandatum habeat speciale. a vt supra. de offi. uica.c. cum in generali concesſione. Ratio autem est,quia non est uerisimile, ꝙ episcopus foret specialiter concessurus beneficiorum collationem & hæc eadem generalitas confirmatur .supra de pœ. & remis.c 2.& de iureiur.c.1. & de proc.c. qui ad agendum.lib. 6.† Item patet exemplum, quia iure cauetur quòd si pater concedat filio generalem & liberam administrationem peculij, nõ uidetur 2

a Adde quando filius liberam habens administrationem possit donare, Bart. & ibi Alex. in 1. add. in l. filiusf. hic alleg. & Ioan. And. in c. cũ in generali. supra. de off. vic. eo. lib. Bartol. & Bald. & Alex. in l. contra iuris. §. fi. de pact.

b Adde an in gñerali obligatione ueniat id qđ specialiter nõ erat obligaturus. Bar. & Bal. in l. 1. §. q̄ res. oblig. poss. et quæ no. Bar. & ibi Alex. in addit. in l. generali. §. vxori. ff. de usufr. leg. & Alex. in addit. ad Bart. in l. obligatione. ff. de pig. & Lud. de Rom. in suis sing. fo. 4. col. 3. versic. volo. & Bal. in l. incerti. C. de loca. & Bario. sing. in l. is qui ducēta. §. virũ colũ. vlt. ff. de rebus dubijs.

Dum allegat Ro. sin. suis fol. 64. ici. uolo. dic qđ est sing. 138. quod incip. volo unum dicere. sed melius facit sing. eiusdẽ n. 607. qđ ĩci pit. accipio a re pecuniã mutuo & plenius Gerar. đ Petra sãcta sin. 35. ubi dicit ꝙ ĩ obligatiõe gñerali nõ uenit res aliena hypothecata li. cet postea redimatur.

uidetur concedere quòd donet, cùm non sit verisimile quod foret specialiter donare concessurus. ff. de dona. l. si filiusfa.

a † Item si pater concedit filio liberam administrationem peculij, non uidetur concedere ꝙ alienet in fraudem creditorum, quia non est uerisimile ꝙ illud fuisset specialiter concessurus, ut ff. quæ in frau. cre. l. si pater filio. Item si dominus concedat seruo suo administrationem peculij, committere nõ uidetur generaliter ea quæ non erat specialiter concessurus. ff. de pecu. l. qui

4 peculij. † Sed oppo. & videtur quod omnia deducantur in generali concessione, cùm illud operetur generale, quantum ad omnia, quod speciale operatur in qualibet specie, vt ff. de adminis. tuto. l. si si duo. & de lega. 2. l. si corpus. in princ. & de vsu & hab. l. si ita. & C. de quadr. præscr. l. 2. & de præscri. 30. anno. l. omnes. Sed illud in his quæ uerisimiliter erat in specie concessurus, ad alia vero non

b trahitur concessio generalis, b quia derogatur ei per præsumptionem contrariam, vt in hoc c. & in legibus supra allegatis. Dyn.

In Reg. Qui cõtra iura. Argumenta.

1 *Emens à pupillo sine tutoris autoritate censetur in mala fide*

2 *Emens à prælato bona ecclesiæ citra debitam solennitatem contra iura mercari dicitur*

3 *Emens ascriptitium sine gleba, mercatur contra iura.*

4 *Emens contra prohibitionem iuris quando sit in mala fide.*

5 *Bona fides sẽper p̄sumitur, nisi mala adesse probet.*

a Adde & no. ꝙ vbicunque quis emit rem vendi prohibitam ratione personæ vel rei etiam ignoranter, ꝙ emens pręsumitur scire quo ad hoc vt nõ vsuca. de quo p Bar. & Io. de Plat. in l. quemadmodũ. in fi. C. de agri. et censi. lib. 11. & Ioã. And. hic, et seq. Cy. in l. fi. C. de vsuc. ꝓ empto.

b Adde Cy. & Bar. Bal. & Sal. in d. l. pen. C. de pręscr. longi temporis quando pręsumatur bona fides. & Angel. Aretin. Ioan. Fabr. Christopho. Porc. et ibi Ias. in addition. institu. de vsucapio. in princip. & Bartol. in l. fina. C. vnde ui. & hic per Modern. & vide nor. Dy. & quę ibi dixi in reg. possessori. in prima & 2. addit. & Bartol. in l. Celsus. colum. pen. ff. de vsuca. & Alex. consi. 35. col. 4. versi. & ideo secundum volu. 4. & pulchre Angel. Aretin. institut. de rerum diuis. §. si quis a non domino. colum. 1. & Abb. Sicul. in cons. 102. col. 1. lib. 1. & in cõsil. 54. vol. 2. vaciunt ad noi. in hac apostill. in principio scilicet an & quando præsumatur bona fides Cardina. in clementina quod circa. quæstionẽ 7. in fin. de election. Gem. in capitulo Abbate sane. post gloss. in verb. dominii. vel quasi supra de re iudic. institut. libro sexto Oldrad. consilio 242. & Alexand. consilio 299. volumine tertio & omnino Barthol. Cepol. in titu. de ser. vrb. cap. 20.

REGVLA LXXXII.

QVI Contra iura mercatur, bonã fidem non præsumitur habere.

¶† QVI emit à pupillo sciens illum pupillum 1
esse, sine tutoris autoritate præsumitur malæ fidei, quia contra iura mercatur, & ideo non præscribit de autoritate præstan. l. eũ qui. & de vsuca. pro empto. l. vlt. & ff. de contrahend. emp. l. qui à quolibet.
†Item qui emit à prælato bona ecclesiæ, non serua 2
ta solennitate quę de iure seruari debet, vt c. sine excep. 12. q. 2. & C. de sacrosanct. eccle. in auth. hoc ius porrect. contra iura mercatur, & ideo non præsumitur habere bonam fidem. †Item qui emit ascri 3
ptitium sine gleba cõtra legũ interdicta mercatur, quia nullus ambigit eũ malęfidei possessorẽ. & ideo nullo temporis spatio pręscribit. C. de agri. & censi. l. quemadmodũ. in fi. & ĩ. eo. c. possessor. ratio autem est, † quia aut emptor sciebat prohibitionem 4
iuris aut ignorabat. Si sciebat planũ est, quia mala fides aperte cõcluditur in ipso. Si ignorabat, est malęfidei pręsumptione iuris, cum in iure errauerit. a a
ff. de vsucap. l. si fur. † Sed opp. quia semper pręsu- 5
mitur bona fides si abesse non probetur. C. de præscrip. long. tempor. l. penult. b Arg. ff. de fideicom. b
lib. l. si eum. §. ex iniusta. & de administr. tut. l. hoc autem. & de probat. l. verius. & de legat. 2. l. si cũ ita legatur.

legatur. §. species. Sed dicendum est ꝙ aut allegatur ignorantia facti aut iuris. Si facti, tunc præsumitur bona fides, quia iuris præsumptio allegationi non resistit, vt supra eo. c. præsumitur. & in l. præalleg. Sed si allegatur ignorantia iuris, tunc præsumitur mala fides, vt hic, quia præsumptio iuris allegationi resistit, vt supra eo c. ignorantia. & ff. pro emp. l. 2. §. si à pupillo, & §. si à furioso. & C. de legi. l. leges sacratissimę. & de iur. & fac. ignor. l. constitutiones. Dyn.

In reg. Bona fides. Argumenta.

1 *Exactum semel an & quando iterum licite exigatur & nu. 3.*

2 *Legatum sub conditione si ea pendente exactum fuerit non poterit eadem eueniente iterum exigi.*

4 *Exigere non possum etiam ab alio quod semel exegi ab uno.*

5 *Exactio unius quando non impediatur per exactionem alterius.*

REGVLA LXXXIII.

BONA *fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur.*

1 † Hoc intelligendum est ꝙ non exigatur, scilicet ab eodem vel ab eo qui ab exacto causam habet, vel contra exactum est habiturus regressum, sed à diuersis prorsus pōt bis idē exigi, vt patebit in solu
2 tione contrariorū. Exemplū aūt poni potest sic, † Si testator legat mihi centum sub conditione, pendente conditione egi contra hęredem interdicto de ta. exhib. & quia non exhibuit condemnatus fuit ad interesse meū, id est ad solutionē legati, & postea existente conditione volo agere ex testamēto, & iterū peto legatū, non sum audiendus, quia bona fides non patitur &c. vt hic & ff. eo. l. bona fides. & de tab. exhi. l. locū. §. cōdemnatio. Sed opp. & videtur ꝙ semel exa-
3 ctum iterū exigatur; † quia si egi contra eum qui dolo desijt possidere, & consecutus sum ęstimationē nihilominus possum agere contra possessorem ad rē, vt ff. de petit. hęred. l. nec vllam. §. item si quis & de sol. l. Stichū. in 2. §. dolo. sed dicunt, aut petitur ab eodē à quo fuit exactum, aut ab alio. Si ab eodē, locum habet regula. Si ab alio, locum habent contraria, vt probari videtur in d. l. locū. §. condem-
4 natio. Sed hęc solutio nō est sufficiens, † quia iure cautum ꝙ semel exactum non possum iterū exigere etiam ab alio, vt ff. si famil. fur. fecis. dicatur. l. quoties. & de rebus eorū qui sunt sub tutel. l. illicite.

& de

a Adde Barto. qui sequitur Dyn. hic in l. locum. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. & in l. plane. §. si eadem res. & ibi Bal. & Modern. ff. de leg. 1. Bartol. in l. 2 §. mela. ff. de do. prçleg. Ioan. Andr. Philipp. Franc. & Modern. hic.

b Adde quando vna res posit solui ex duabus causis lucratiuis Bart. in l. si qs duos. ff. de solut. & Pau. de Cast. in l. mæuius. §. duorum. ff. de lega. 2. vnde dicit ibi Pau. de Cast. ad fin. ꝙ si aliquis habeat soluere magnam quantitatem pecuniæ si eam non habet integraliter & velit conficere instrumentũ de tota reali solutione, quia partes sunt in concordia puta qa debes mille, & non habes nisi centum consiliũ est ꝙ numeres decies illa centũ tuo creditori & ipse creditor postea tibi illa restituat, & deinde illa centum soluas creditori, & sic de singulis vsque ad decies erit liberatus, vt dicta l. si quis duos. & idem tenet Cepol. in caut. 26. incipiente si qs habeat.

& de re iudic. l. si quis dolo. §. si quis credito-
rem. & ideo videtur dicendum ꝙ si peto ab eo
dem, non audior, sed si peto ab alio, siquidẽ
non est habiturus regressum contra exactum
tũc audior, vt d. l. nec vllam. §. item si quis. &
l. Stichum. §. dolo. & l. locum. §. condemna-
tio.[a] † Item oppo. & videtur ꝙ etiam ab eo a
dẽ posit iterũ exigi, vt ff. de don. l. fundũ Cor.
sed ibi erant obligationes diuersæ & ex diuer
sis cõtractibus originẽ sumentes. Et ideo exa
ctio vnius non impeditur per exactionem al-
terius, nisi quando omnes causæ essent lucrati
uæ.[b] tunc enim exactione facta ex vna impe 2
diretur exactio ex altera, vt ff. de actio. & obli.
l. omnes. & de leg. 2. l. Mæuius. §. duobus. Præ
terea in l. fundum. vna obligatio contracta
erat super fundo, alia super æstimatione fun-
di. vnde cum non super eodem sed super di-
uersis procedat duplex exactio, sequitur ꝙ
ad regulam non pertinet. Dyn.

In reg. Cũ quid vna via. Argumen.

1 *Pater ut pater administrare prohibitus non poterit idem ut curator.*

2 *Succedere qui nequit iure ciuili alia uia non debet admitti. & nu 4.*

3 *Filius actione emancipationem petere nequit ex testamento autem petere poterit*

5 *Filius per unde liberi exclusus per unde legitimi est admittendus.*

6 *Succedere potest ab intestato, qui repudiauit ex testamento.*

a Adde ꝙ emancipatus olim de iure ciuili nõ succedebat, sed de iure prætorio. Cy. Bar. Bal. Sal. Signor. de Homodeis. in l. qui se patris. ff. vnde liberti, & Ang. Are. in. §. emancipato. & ibi Io. fab. insti. de exhęred. libr. sed hodie emancipatus succedit ad similitudinẽ sui, vt tenet Bar. in l. 1. §. si filius, in fi. ff. de legi. hęred. & an sublata sit differentia emancipationis & patriæ potestatis, vide per Bart. in l. emancipati. circa fin. & ibi Doct. C. de collat. & maxime Lud. Bolog. in suis secũdis interpret. Ratio autem assignatur p Bal. in Auth. in successione. nu. 3. C. de suis & legitimi. et an tollat emancipatio agnationẽ, vide Ang. Are. in §. fi. instit. de legi. agn. succes. glo. in l. qui se patris. C. vnde leg. & Bar. in l. j. §. domini. l. 2. ff. ad Sulla. & ibi tangitur materia de qua hic agitur.

REGVLA LXXXIIII.

CVM quid una uia prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

¶ ISTIVS regulę exemplũ proprie ponit̃ supra de cle. coniug. c. 1. lib. 6. poni etiã potest sicut cauetur. ff. de tut. & cura. dat. ab his. l. scire oportet. §. si
1 mater. † nã si pater ꝓhibetur administrari tanquã pater, nec poterit, nec debebit administrare tanquã curator, vt nõ alia via quàm quod voluit testatrix
2 faciat. † Item qui prohibetur ad successionem vocari de iure ciuili, non admittitur per aliã viã. i. de iure prætorio, ff. de bon. pos. contra tabu. l. 3. §. liberi. & l. post mortẽ. §. exhæredati. Sed oppo. & vr̃ ꝙ emancipatus qui prohibetur succedere de iure ciuili, vocatur de iure prætorio. ff. de bon. poss. l. si cũ
3 patrono. §. bonorũ. † Itẽ si legatũ relinquitur patri & rogatus filiũ emancipare, licèt filius ꝓhibeatur emancipationem petere vna via. i. iure actionis ex testõ, tamen admittitur alia. i. per officium iudi-
a cis, vt ff. de condit. & demonst. l. si cui. a ¶ † Item si
4 alicui duplici iure deferatur hæreditas, licèt vno iure succedere prohibeatur, nihilominus admittitur alio, vt ff. de re iu. l. quoties duplici. & C. de iur.
5 deli. l. suũ hæredẽ. † Item filius b exclusus ab vnde
b liberi, vocatur p vnde legitimi, & exclusus ab vnde legitimi.

b Adde Bartol. in d. l. si cui. de conditio. & demonst. quando pater cogatur emancipare filium. & gloss. Bartol. & Alexan. in l. cogi. §. si pater. ff. ad Treb. & Bar. in l. filiusfa. §. secundũ vulgarem. ff. de legat. 1. & ibi Bald. & Ange. Are. in. §. fi. & ibi Iaf. in addi. ad Christoph. Por. insti. quib mod. ius pat. pot. solui. & Bar. in l. qdã cũ filiũ. ff. de verb. obl. & Bal. & Alex. in l. femũ. C. de testamẽ.

Adde an & quando pater inuitus filium emancipare cogatur. Ioan. de Imol. post Bart. in l. quidem cum filium. ff. de verb. oblig. & Alex. omnino in l. vtrum, eod. titu. & l. non potest. de adop. & Pau. de Castr. consi. sua

legitimi, vocatur per vnde cognati. ff. de succes. edic. l. j. §. sed videndum. † Item repudians ex testamēto, succedere potest ab intestato, si erat de numero eorum qui vocantur ab intestato, vt ff. de acquiren. hæred. l. nec is. §. 1. per quæ omnia videtur concludi posse regulam esse falsam. sed dici potest quòd regula locum habet vbi ius resistit in odium prohibiti, sed vbi assistit propter alium contingentem defectum, habent locum contraria. 6

suo 6t. Et an filius cogatur cōsentire emancipationi, not. Bald. post Bar. in l. ex liberis. C. de colla. & l. quamuis. C. de fideicom. et Innocem & Alexand. vbi supra proximo.

In reg. Contractus. Argumenta.

1 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
2 *Dolus, lata culpa, & leuis, quando ex natura contractus debeantur.*
3 *Culpa leuissima quā debeatur ex cōtractus natura.*
4 *Casus fortuitus in quibus præstetur contractibus.*
5 *Deponens conuenire potest ut depositarius de leui & leuissima tantum culpa teneatur*
6 *Pactū an ualeat quòd quis tenetur de casu extra naturam contractus.*
7 *Pactum generale in contractibus quando operetur & quando speciale.*
8 *Pactum de dolo non præstando an sit ualidum.*

REGVLA LXXXV.

CONTRACTVS *ex conuentione legem accipere dignoscuntur.*

†De natura quorundā contractū est, q debeatur tm̄ dolus & lata culpa, vt in deposito & precario, in deposito, ideo quia eius reuocatio dependet in voluntate deponentis tantùm, in precario, ideo quia eius reuocatio pendet ex libera voluntate cōcedētis solū. vt ff. depos. l. 1. §. vlt. l. quod Nerua. & de preca. l. 1. & l. quæsitū. §. illud. & l. cum precario. 1
†Itē de natura quorūdā est q debeatur dolus lata culpa, & leuis, & in oībus cōtractibus q celebrātur gratia vtriusque, & in quibus nō licet vni altero inuito à cōtractu discedere, vt ī emptione, vēditione, locatione, cōductione, dotis datione, societate, [a] & similibus 2

a Adde quod Dyn. hic ponit ea quæ dicunt text. & gloss. in l. contractus. ff. eodem tit. de quo vide ibi per Doctor. Moder. & Bartol. in repet. l. quod Nerua. ff. depositi. & ibi Alexand. in additio. & Bald. in l. qui fortuitis. colum. penult. & singu. C. de pigno. actio. & Bald. & Modern. in l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matrimo. & gl. Ioan. Andræ. consic vulgo Barba. in cap. vno de commod. & Ioan. Fab. in §. item is cui. institu. quib. modis. cōtrahen. oblig.

milibus.vt ff.de leg.1.l.si seruus legatus.§.cũ quid. & cõmo.l.si vt certo.§.nũc videndũ.& de reg.iur.
3 l.cõtractus.† Quidã verò sunt in q̃bus debeť de natura cõtractus culpa leuißima,vt in mãdato pp tacitã assertioné industrię suscipiẽtis mãdatũ, cũ pcurator pp solã industriã eligatur,vt C.mand.l.a procurat.& in cõmodato cõcessò gratia commodatarij tm̃,q̃a tenetur de culpa leuißima,vt d.l. si vt certo.
4 §.cõmodatũ.† Casus autẽ fortuitus, de natura nullius cõtractus ex quo debetur species certa, præstatur.vt d.l.cõtractus.in fi.in cõtractu aũt mutui tenetur de casu nõ pp naturã cõtractus,nã celebratur gratia vtriusq;,sed pp naturã debiti.est.n. in gene-
a re debitũ qđ perire [a] nõ põt.C.si cert.pet.l.incendiũ.& ff.de act.& oblig.l.1.§.is quoque.& ad leg.
5 Falcid.l.in ratione.2.§.incertæ aũt.† Si ergo in contractu depositi in quo de natura cõtractus debetur dolus & lata culpa, cõueniat inter deponentẽ & depositariũ, q̃ depositarius teneatur de leui culpa & leuißima,pactũ valet.Itẽ si in cõtractu in quo debetur leuis, cõueniat q̃ debeatur leuißima, pactũ valet,quia contractus ex cõuentione legẽ accipiũt. ff. depositi,l.1.§.si cõuenerit,& §.sæpe euenit.Itẽ ecõtra si in cõtractu in quo debetur dolus & lata culpa ac leuis,& cõueniaț vt præstetur dolus tm̃ cõuẽtio valet.vt d.l.cõtractus.nisi in dote.vt ff. de pact. do-
6 ta.l.conueniri.& l.Pomp.† An aũt valeat pactũ, q̃ aliquis de casu teneatur extra naturã cõtractus? Dicẽdũ est q̃ si culpa deprehendi põt videat pcedere casum vel mixta cũ casu,q̃ pactum hẽat effectũ, q̃a tenetur ẽt sine pacto.ff.de actio.& ob.l.1.§.is vero. & commod.l.in rebus.§.qđ aũt.& arg.ff.de dam.infec.l.fluminũ.§.idẽ Seruius.& §.idẽ ait.& §.item
7 apud.†Sed vbi culpa deprehẽdi nõ põt,tunc cõiter dicitur q̃ pactum generale nihil operatur, speciale verò effectũ habet.Itẽ si quidã casus specialiter exprimuntur,& generalis clausula,valet pactũ,& extenditur ad omnes casus in conuentione non ex-
b pressos.Plene determinati [b] solet.ff.si quis cau.l.sed & si

a Adde quando & quomodo genus perire non possit. Cy. Bart.Bald.Sal. Moder.in l. incendium. C. si cert.pet. & Alexan.et Doct.in l. in ratione.§. incertæ aũt.ff. ad legem Fal.et Bartol.Paul.de Cast.Fulgo. & Raph.& vtrunque Imo.in l.si ex legati causa, ff.de verb.obligatio.

b Adde an casu fortuito possit renũtiari,hoc est dicere,an valeat exceptio casus fortuiti,licet alias nõ teneretur.Cy. Bartol. Bal.& Sal.in l. j.C. cõmod. & Bart.Bal.Paul. de Cast. & Alexan.in l.& si quis.§.quæsitũ. ff. si quis caut. Ioan.And. & Abb.Sicu.in c. vno.col.pen.de cõmoda.& amplé.Fel.in c. fides.col.2.versi. clausula. de resci.& Alex.in consi.28. col.5. ver.capio secundũ dubiũ.lib.2. quod consi. reperitur i 2. vol. consi.

& ſi quis. §.quæſitum.& eſt argumentũ ſupra hoc libro, de procur.c. qui ad agendum.† Quæri autẽ 8
ſolet, an pactum quòd dolus non præſtetur, valeat de iure, vel non. & reſponſio plana eſt, quia expreſſum pactum de dolo futuro [a] remittendo, a
inutile eſt, tacitum tamẽ valet.ff. de pact.l. ſi vnus. §.illud.& l. iuriſgentium.§.ſed & ſi quis.Dyn.

In reg. Damnum. Argumenta.

1 *Procurator ſua culpa damnatus ſi pœnam ſoluat, ſibi imputare debet.*

2 *Procurator vel negotiorum geſtor, indebitum ſoluens ſibi imputet.*

3 *Socius ob delictum ſuum ad pœnam damnatus, ſibi & non ſocietati imputabit.*

4 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, quando alij imputare poſsit.*

REGVLA LXXXVI.

DAMNVM *quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet & non alijs ĩputare.*

† SI procurator ſua culpa cõdemnatur, & pœ 1
nam ſoluat, debet ſibi imputari, non autem domino

conſi.51.& Spec.tit.de locat.§.iam dicendum.& ibi Io.And.in addi.ver. 2.de hoc ſatis.& Pet.de Ferra.in forma libelli, quo agitur ad facti preſta. in gl.inueſtiuit.&c.& in deciſ.Parlam.Delph.367.& in ſupradictis locis reperies quando clauſula generalis ſubſequens poſt ſpeciales caſus expreſſos operetur, vt renuntiatio generalis trahatur etiam ad alia remedia competentia ſaltem non maiora expreſſis. & in c. qui ad agendũ ſupra eo. de procurat.& Alex. conſi.42.col.6. verſi.9. lib.1.

Adde inquã, tum quærit an renuntiatio caſus fortuiti valeat. de quo & an hoc caſu cõprehendat caſum qui venit culpa aduerſarij. vide Rom. ſingu. 439. incip.tu habes caſum. quid ſi res ſibi fuerit data æſtimata? vide Bald.in l.j.q.2. C.commo. vbi de hoc omnino. & in l. ſi paſcẽda.nu.7. verſi. quærit hic Petrus.C.de pact. & ad ſecũdam partem apoſtil. vide Ant. Corſe.ſing.ſuis.in ver.ſtatutum.incip.ne.vnum dictum. & dixi in tract.meo regularum in ver.regula generalis.ver.15.& præceden.

a Adde, an dolus futurus, vel preteritus poſsit in contractibus, vel vltimis voluntatibus remitti.Bart.in l.ſi vnus.§.illud.& ibi Bald. Ang. & Alex.ff.de pact.& Bar.in l. Aurelio.§.Gaius.ff.de lib.legat. & Cyn & Bal.Sal.Pau.de Caſt.& Alex.in l.2 C.de tranſact.& Alex.in l.ſub prætextu.col.vlt.C.eo.tit.& Bal.in l.cũ neceſsitatem.C.de fideicommiſ. & Alex.conſi.157.col.2.ver.nec etiam.lib.1.& in conſi.164.col.2.in prin. volu.5.& deciſ.Parlamenti Gratianopol.Delph.q.315.

no cuius est procurator. ff. de procur. l. qui pro
a prio. §. procurator. ver. pœnam. † Item si pro curator, vel gestor negotiorum indebitum sol uit, sibi imputare debet, non autem domino, cuius administrationem gerebat, vt ff. de neg.
a gest. l. si quis negotia [a] † item si vnus socio-
3 rum condemnatus fuerit propter delictũ suũ, non poterit pœnam propter delictum solutam societati imputare, quia propter culpam
b suam [b] sibi potius imputari debeat quàm alij. ff. pro socio. l. cũ duobus. §. vlt. & l. seq. Et ad istius regulæ generalis constitutionẽ accedit. ff. rem ratam haberi. l. si sine. §. cum autem. de insti. l. sed & si quis. §. pupillus. & familię erciscundæ. l. inter eos cohæredes. §. qui ex facto.
4 Sed opponitur & videtur † quòd quis possit imputare alij damnum quòd sua culpa sentit. ff. pro socio. l. si igitur. Sed dicendum est quòd aut alii põt imputari culpa participationis cau sę propter quã damnum ingeritur, aut non potest imputari, si potest imputari tunc habet locum quod dicitur in d. l. igitur. in fi. Si non potest imputari, tunc procedit quod continetur in regula & ll. supradictis. Dy.

a Adde Bart. & Bald. in l. si quis negotia. hic alleg. & in l. si neg. eod. titu. & Ioan. Andr. Philipp. Franc. & Moder. hic.

b Adde de qua culpa teneatur socius socio suo. Alexã. in consi. 17. colum. 1. & 4. volu. 1. & in consil. 102. colum. prima lib. 2. & etiam de qua culpa teneatur procurator, vide Alexand. in d. consil. 47. in princi.

In reg. Infamibus. Argumenta.

1 *Infamia duplex iuris & facti & quæ sit infamia iuris.*
2 *Infamia facti quæ dicatur & qualiter contingat.*
3 *Interdictum unde ui etsi non infamat iure, existimationem tamen grauat*
4 *Filius qui in patris testamento increpatur, in existimatione grauatur.*
5 *Infames in dignitatibus cum uiris integris non debent communicare.*
6 *Infamia nedum impedit sed & remouet à dignitate.*
7 *Infamia sola delatione citra sententiam non irrogatur.*
8 *Infamis an possit esse arbiter.*

a Adde ꝙ infamia quælibet non solum excludit a dignitate consequenda, vt l. 2. de dignit. & ibi Barto. & Ioan. de Plat. & Luc. de Penna. lib. 12. sed profecto a dignitate habi. vt not. Bar. & Io. de Plat. in l. infamia. de decur. Et uide Inno. & Doct. in c. cum oporteat. de accusa. etiã ipso facto ante latã sententiã, ut tenet Lud. de Rom. in suis sing. in uerb. infamia.

a participare. C. de decur. l. infamia.a & l. ne qs. et de infami. i. infames personæ. libr. 10. & ff. de postul. l. 1. §. ait prætor. & de iudi. l. cum prætor. §. non autem. & ad legem Iuliam. de ui publica. l. 1. & d. l. 2.
6 C. de dignitatibus. lib. 12. adeo † ꝙ non solum impedit prędicta infamia, sed etiam facitã dignitate habita remouere. C. de decurionib. l. infamia. lib. 10. de dignitatibus. l. iudices. lib. 12. Sed obstare videtur regulæ ff. de munetibus & honoribus. l. reus
7 delatus. † sed dicendum est ꝙ per solam delationem absque sententia non irrogatur infamia, nihilominus tamen à tempore delationis usque ad an-
b num prohibetur ad honores b promoueri, post annum uero non prohibetur, nisi per ipsum stete rit, quominus causa intra annum expediretur, vt
8 ibidem patet. † Et si opponit. de arbitro qui potest esse licèt infamis. ff. de arbitr. l. penult. dicendum erit ꝙ esse arbitrum non est dignitas, cum nudam & simplicem cognitionem habeat, & iurisdictionem nullam. vt dici solet. ff. de re iudicata. l. ait prætor. Item si opp. de procurat. qui in iudicijs potest esse

per text. in l. Iulij. §. miles. & ibi Lu. Bologn. in primis interpret. sing. ff. de his qui nota. infa. & Philip. Franc. hic. & decis. Cape. Tholos. q. 173.

Adde ꝙ noluit allegare Roma, singu. 540. alias 560. incip. fuit a me quæsitũ, ꝓ quo facit quod notat Spec. in tit. deposit. §. 7. uersic. 19. qđ tamẽ puto esse limitãdũ, ut procedat tãtũ in eo, qui ꝓuenit ex maleficio, non ex cõtractu, qa minor est. secũdum Bald. in l. in re mandata, C. mand. & Inno. in c. quali. & quando. de accus. Aduerte tñ ꝙ infamia facti licet repellat quẽ a dignitatibus habẽdis, vt no. in alleg. l. infamia. C. de dignit. lib. 10. nõ tñ repellit a dignitatibus quæsitis, nisi dicatur in sententia. ita not. Bal. in l. 1. C. de hær. insti. Guil. de Cug. in l. cunctos populos, nu. 5. & ibi dixi in apost. in versi. a dignitate. C. de sum. Trin. Iaco. Rebuf. in l. 1. nu. 1. vbi etiã dixi in addit. in vers. ab honoribus & dignitate. C. de infa. lib. 10. dixi in apost. ad Pan. in c. super eo. nu. 2. in versi. impedit. de elec. & Pau. de Cast. consi. 196. & quid in dignitatibus ecclesiasticis & beneficijs, vide quę dixi in addit. ad istum. supra. in reg. beneficium. in uerbo. homicidium.

b Adde an excusatus pendente accusatione possit ꝓmoueri, & consequi honores & dignitates. nar. post Dy. in l. reus delatus. & ibi Lud. Bolog. in primis interpret. ff. de mun. & honor. & Abb. Fel. post Maria, in c. cum dilectus. & de accusa. & Io. Calder. in c̃sĩ. 4. tit. de accusat.

a Adde Io.Fab.& Ang.Aret.instit.de excep.§.fin.& Ioan.de Plat.& Luc.de Penna.in l.si quis procurationem.de decur. lib.10. & Bald.in l. Cassius col.3.versi.& not.ff.de senat. vbi dicit, quod interdum officiũ procuratoris est vilissimum, & non repellitur.vt d.§.fin. de except. institu. aliquando est honorabile, vt esse procuratorem regis vel episcopi. & tũc repellitur infamis.vt cap.accedẽs. & ibi Car. Alexã. col.vlt. 50.dist.et 5.q.3. cap.quia ẽps.& adde Spe. tit.de procur.§.j.uers. itẽ quod infamis.et Io.And.et Ant. de But.ĩ c.Imperator. de iur.calum.et ibi Abb. et in c.2.de iud. Quid de officio tabellionis? dic quod est vtile. & not.in l.vniuersis.& ibi Ioã.de Plat.C.de decu. lib.1.nisi trãseat ĩ speciale nomẽ maioris officii. vt l.1.C.de mã. pri.et vide Bal. in d.l.Cassius.et Bart.et ibi Ale. ad addi.in l.eadẽ.ff.ad l.Iul.repet.et Ang.Are. insti. de iur.pso. §.serui. et Old. cõs.75. & Ang. cõs.254.et Ant. Corse.in tract.de potestate regia.in q.95.vbi ponit de consiliario & coquo ac procuratore principis.& de procur.adde Lud. Rom. in suis sing. fol.vlti.& col.vlt. versic.tu habes.& Lud.Bolo.in l.nemo.C.de dignit. lib.x.in primis interpreta.& Io.de Plat.in l.infamia.de decur.lib.12.& ibi de arbitr.& per Bart.& Bald.in l.pen.ff.de arbitr. & an infamia priuet ab aduocatione seu postulatione, vide per Ioan. de Plat. in d.l.infamia.& Bart.& Bal.l.1.§.ait prætor.ff.de postula.& de supradictis,vide in c.1.3.q.7.& decis.Parlamen.Delphina. q.79.& ibi in addit.& q.90. & in

esse licet infamis.[a] institu.de except. l.vlti.dicendũ a erit quòd ministerium procuratoris non est dignitas,sed onus infamissimum & vilissimum.vt C.de decur.l.si quis procurationem. lib.10. Dyn.

In reg.Certum est. Argumenta.

1 *Legem implere non dicitur qui uerba sequens mentem non imitatur.*
2 *Legis sñiam non seruans eadem pœna plectitur qua qui facit contra eiusdẽ sententiã et uerba.*
3 *Fraus quibus modis fieri soleat legi.*
4 *Mutuans frumentum uel uinum ut his distractis pecunia habeatur fraudem facit legi.*
5 *Præsides prouinciarum quæ munera à subditis accipere poßint.*
6 *Maritus donãs uxori quãdo fraudẽ faciat legi.*
7 *Fraus quando de persona ad personam legi dicatur fieri.*
8 *Licere nemini debet per alium quod non licet per se ipsum.*
9 *Fraus qualiter fiat legi de cõtractu ad cõtractũ.*
10 *Fraus legi poteſt fieri de nomine ad nomen, de tempore ad tempus, & de loco ad locum.*
11 *Legis uerba an offendere liceat sententia seruata & nu.12.*
13 *Mẽs legis seruari dẽt si appareat uerbis cõtraria.*

& in addit.& vide Calder.in consi.a.tit.de fide instrumen.in notario satis nota.& ibi de arbitro,& procuratore.

Adde quod voluit allegare Roma.singu.suo 810. quod incip.tu habes officium.quod officium procuratoris.& quando loquitur de coquo principis,an habeat dignita.dic ꝙ sic.vt not.Bald.sing.in cap.j. quis dicatur Dux, Com.vel Mar.in vsi.feu. refert et sequitur Ro.sin.651.inc. nunquid esse coquum.Fel.ī rub. de off.dele. col. 5.versicu.tribus modis. & Francisc. de Crema. sing.98.inci.statuto cauetur.

REGVLA LXXXVIII.

CERTVM *est, quòd is committit in legem, qui legis uerba cõplectens, contra legis nititur uoluntatem.*

1 ¶ † SICVT facere secundũ verba legis & secũdũ sententiam, item secundũ sententiam tantũ verbis non seruatis, paria sunt, vt ff.de verbo.signifi.l.nominis.§.verbum. Ita econtrario facere contra verba & sententiam,& facere contra sententiam tantũ paria reputantur.& is est regulæ intellectus, vt ꝓbatur C.de leg.l.non dubium.ff.de leg.contra le-
2 gem.& l.fraus. † Et ideo illa pœna punitur faciens contra sententiã qua punitur faciens contra verba & sententiã. de d.l.non dubium. vt patet exẽplum
3 in omnibus modis in quibus fraus fit legi. † Hi autem modi propriè intelligendi sunt quatuor, de re ad rem, de persona ad personam, de contractu ad contractum, item de contractu ad eundem contractũ.sed non eodẽ modo.& propterea videtur alius contractus,& fraus facta de contractu ad aliũ contractũ, de re ad rẽ, prohibitum est per senatuscon-
4 sult. Macedo.pecuniã mutuare filiofamil. † Si ergo nõ mutuatur pecunia,sed frumẽtũ,vel vinum, vel oleũ,vt his distractis pecunia mutuetur,factũ videtur contra voluntatẽ senatuscõsulti, licet nõ cõtra
a verba,& ideo filiofamiliàs [a] subuenitur. ff.ad senatuscõsultum Macedonianum. lege.sed Iulianus.§.
5 mutui. † Item est prohibitum ne præsides prouinciarum vel alij qui prouincias regunt, accipiant à subditis munera. Sed permissum est ꝙ percipiant esculẽta & poculenta,quæ intra paucos dies consu-
b mi debeant.[b] si ergo recipiunt esculenta & poculẽ-

a Adde quãdo filiusfamilias iuuetur Macedoniano. tex.Calderi.Sal.& Iac. de Orilianis in l.Macedoniani. & in l.Zenodorus. C. ad Macc. et ī l.sed Iul. §.pen. ff.eo.tit. & quæ dixi in regu. nemo pōt ad impossibile.

b Adde Bart. Bald.& Ang.in l. solet §.fin.hic alleg.Inno.Ioã. And.& Abb.in c.cum ab omni. Spec. de vit. & honest.cleric.& dominus Pet.de Ancha.& Phil. Franc.in c.statutum.§. insuper. de rescript.libr. 6.vbi est textus celebris,

ta quæ trahi pñt ad numerũ qualitatẽ. videntũ.ver
ba amplecti,sed offendere voluntatẽ dñr, vnde fa-
ciunt fraudẽ legi de re ad rẽ.ff.de offi procõsul.l.so
let.§.fi.& de offic.præsid.l.plebiscio. de persona ad
personã patet exemplũ † in marito q. non põt vxo 6
ri donare, nã si donat alij vt eius ministerio quæra
tur vxori, fraus videtur facta de persona ad persõ-
nã.ᵃ Et ppterea non valet donatio, vt ff.de dona. a
inter vir. & vxor.l.si sponsus in prin.& l.3.§. non
tm̃.& §.vlt.† Et generaliter dici potest, scilicet fie- 7
ri fraudem de persona ad personã,vbicunq; perso-
na prohibita facit contra prohibitionẽ alterius mi-
nisterio,q a videtur offendi legis voluntas.† Cum 8
non debeat licere alicui facere p aliũ qđ non licèt
per seipsum.ff.de administ.rerum ad ciuit.pert.l.2.
§.j.& de author.tut.l.pupillus.§.sed & si per inter
positam.

a Adde Bal.in l.si sponsus.in prin.ff.de donat.inter vir.& vxo. quod
no.contra Bituricenses.qui licet de iure & consuetudine non possint do
nare vxoribus,aliis tamen amicis de quibus confidunt donant,vt inde
illorum ministerio ad vxores res donatæ perueniant.quia tales donatio-
nes sunt nullę. Et simili modo donationes per vxores factæ viris sunt
nullius effica-
ciæ.vt l.3.§.nõ
tamẽ. & l.pen.
cum l. sequen.
ff.de dona.inter
vir.& vxo. &
vide quæ late
dixi in libro
Consuetud. Bi-
turigum,tit. de
matri. & dona.
§.1. & 4. & p
Alex. consi.19.
col.2. vol.4.&
quæ infra eod.
post. sequen.ad
di.dicam super
verbo,vẽdito.
& Ang.in cõsi.
5.Quid si mari
tus donauerit
vxori constan-
te matrimonio pretiosa iocalia seu bagas de perlis,gemmis,margaritis,et
aliis lapidibus pretiosis,an soluto matrimonio per mortem viri lucretur
dicta iocalia? vide Bar.in l.1.§.nec castrens.ff.de collat. bonor. & in l.
quamuis.ff.de auro & arg.& Bal.in l.cum te.C. de donat.ante nuptias.
& Dy.bar.Bal.Ang.& Alex.& Mod.in l.pen.§.1.ff.sol.matr. & Sal.
in l.sicut.C.de dona.inter vir.& vxor.& Alex.consi.30.col.penul.pro
pe finem quarti libri.& bar.in consi.incip.filius Petri de Florentia et in
tract.suo de duobus fratribus.& in alleg.l.filiæ cuius.C.famil.erciscun.
& Franc.de Crema.in suo sing.64.& Alex.in consi.42.col.5.in fi.cum
seq.lib.1.in aliquibus locis reperies aliam. Quid de vestibus & cottis
(quas lingua Occitana Gonellas vocat) & fatui mariti in numero gran-
di,vxoribus condonant & illas & bagas propter consuetudinẽ vel con
tractum(vt plerunque in ipso opponi solet) per mulier forte introducta
post mortẽ maritorũ voluit præcipuas habere, & lucrari vna cũ dote
& donatione propter nuptias siue doerio ac de Turo.Paris.intantũ q ni
hil aut parum remaneret liberis ære alieno soluto non caperent, & ideo
caueant de cætero mariti.licet enim non debeant lucrari,quia tales dona
tiones talium iocalium pretiosorum non valent factæ constante matrimo
nio,illa iocalia & vestes non veniunt in legato quę nõ conueniunt mulie
rum statui & conditioni, vel quæ statuto portari vetitæ sunt, vt tenet
Bart.

Bart.in d.l.quis.& locus.supra alleg.nec ęstimatio deberer.licet Bal. in d.l.cum te.teneat contractũ bonũ, profecto esset ꝙ res in regno vel epi in diœcesibus eorũ interdicerent statutũ mediante mulieribus max ime plebeiorũ portare vestes superuacuas.vel nimis sumptuosas,vel infestan tes ad immunditiã argumento,l.cũ supra,C.de re milita.lib.12.& in authen.de referẽ.

positam.l.& ad Maced.l.filium.& C.quod metus cau.l.si per impressionem † sit etiã fraus [a] de con-
9 tractu ad contractum. vt ecce maritus qui non potest donare, fingit se vẽdere cum aliàs venditurus non

vbi dicitur ꝙ excedere modũ nihil habet honestum,licet nõ sit mulieribus de iure prohibi

tum portare vestes pretiosas.vt l.1.& 2.& ibi Ioã.de Plat.& Luc.de Pẽna.C.de vest.olober.& in l.1.nemini licere in frenis libr.11. tñ propter mala exempla,scandala & paupertates quæ exinde sequũtur.qa plerunque ad intertenendũ talẽ statũ,quẽ inopia excusat manutenendũ, plures se in grande meritorũ parentũ dedecus prostituunt.esset ita statuendum; vt no.Bal.in prooe.Grego.in ver.violẽtos.col.5. in fi.cũ seque. Io.And. in regu.ea quæ fiunt supra eo.tit.& Alber.de Rosa.in l.factũ a iudice.ff. eo.& in 2.tpe stat.q.197.& deberet tale statutũ esse qđ mulieres nõ possent ẽt portare margaritas & perlas,catenas anulos,tessutos,& bagas ueras vel fictas, ad tollendũ opi.Bar.l.1.§.hoc interdictũ.ff de fonte. quia tale statutũ intelligere debetur de veris & nõ fictis.qñ nihil dictũ est de fictis.& idẽ tenet Franc.de Cre.in sing.82.licet Lud.de Rom.in repe.§.i. de viro.l.si vero.ff.sol.mat.in fallẽt.22.teneat cõtrariũ Bar.et idẽ Alex. in addi.ad Bar.in d.§.hoc interdictũ.ꝙ ẽt de fictis intelligeretur,sicut de veris.& idẽ Bar.in cõsi.39.lib.2.& nõ solũ de vestibus mulierũ sed ẽt.uirorũ,ꝑcipue ecclesiasticorũ pariter esset statuendũ.nã prodigalia.c.vestimẽta modernus abusus induxit.scđm Bal.in c.iurauit.col.vlt.verf.sane. de ꝑba.vñ Robert.Gagui.in Chronica Frãcorũ sic ait.fuisse.n.tpe ꝑ Frãciã vestimentorũ nimiã deformitatẽ, oẽs aiunt,ita vt ioculatoriã vitã(ut sic dicã)agere Frãcos a vestibus iudicares.Crediderim non defuisse illis & lasciuiã atq; superbiã quotidiana gentis mala. Itaq; cõtinuo vix decẽnio vnius modi indumẽtũ seruat nouitatis semper studiosa,atq; uel angustia,vel laxitate.itẽ breuitate seu lõgitudine vestimẽtorũ Galli peccãt semper.& vide Valer.Maxi.li.9.c.1.tit.de luxuria.versi.de mul.Rom.

Adde ꝙ vbi statutum non prohiberet mulieres,vti talibus indocentibus indumentis,ius tamen illud expresse prohiberet vt no. Iacob. Reb. in l.fortissimis.nu.1.& ibi po.in addi.ad ipsum in versi. debet esse maioris pretii.C.de milit.versi.lib.12.not.Spec.in ti. de aduoc.§. rescrip. videtur in prin.& vlo.in l.sed & si quid.§.emanc.ff.de vsufruct.

a Adde quod fraus fit legi de re ad rem,de contractu ad cõtractũ,de ꝑsona ad personam.glo. & Aret. in c.pleriq;.14.q.3.& Ioã.Andr.his in Mer.& Bar.& doct.in l.contra.ff.de leg.& Cy.Bal.& Sal.in l.non dubiũ.C.de leg.& doct.infra in vlt. addi.alleg.& glo.& doct.in c. quanto de priuile.signanter per Ioan.And.& per Bar.& doct.in l. qui test.ff.de prob.& Bal.in l.hac edictali.in fi.prin. C. de secund.nup. in antiq.lect.

a Adde Bald.in l.si sponsus.§.circa venditionem.ff.de donat.inter. virum & vxo.Quid si maritus confitetur se mutuo ab eius vxore habuisse animo donandi certam pecuniæ summam,& post mortem viri vxor repetat,an posit.dic ꝙ non per d.§.circa venditionem. & maxime si constaret vxorem constante matrimonio nulla bona præter dotem habuisse, aut alias cum alio viro prius matrimonium non contraxisse, ex quo forte non habuisset, uel lucrata fuisset iure vel iniuria vltra dotem aliquid. alias autem secus esset præsumendũ ꝙ ex relictis bonis mutuasset viro, nisi essent aliquæ coniecturæ, quia nimis fuisset eius amore bacchatus, vt institu. de succes.subla. in fin.vel blanditijs & suasionibus mulieris ad id faciendum inductus, vt l. fina. cum ibi nota. C. si quis aliquem test.prohi.uide Bald. in l. hac edictali. in fin. princ.C. de secun.nup. in lectu. antiq.

non esset. Nã non valet venditio,[a] quia contra legis voluntatem nititur, si alias venditurus nõ erat, aliàs valeret venditio,nisi quatenus contractus in speciem donationis incideret. ff. de donatio. inter virũ & vxoré.l.si spõsus.§.circa. Fit ẽt fraus de cõtractu ad eundem contractum,vt cum mulier vellet pro alio intercedere,actum est vt principaliter obligationis suscipiat,vt nõ iuuetur beneficio Velleiani,nam nihilominus iuuatur, cũ reuera intercedere videatur.ff. ad Velleia.l.quamuis. & l. si cum essem. † Dicũt ẽt quidam Doctores quod fit legi 10 fraus de nomine ad nomen,& de tempore ad tempus,& de loco ad locũ, sed mihi nõ videtur probabile dictũm,quia si quis recte respexerit,sunt reducibiles ad prædicta vel ad aliqua de prædictis,& ideo nõ est ponere nouas species, sed contingentias speciales.† Quæri aũt solet an liceat offendere ver 11 ba legis seruata sentẽtia? Et q̃dã dicũt ꝙ non.ff. de exercit.l.i.§.si is q nauc.& q,& à q̃bus.l. ꝓspexit legislator. ecõtrà ꝙ liceat, uidetur aperte.ff. q petant tuto.l.credendũ.& de excus.tuto.l. scire oportet.§. aliud. & quia sensum non uerba spectamus. ff.de condi. & demon.l.pater.in prin.§.conditionũ verba.& l.in cõditionibus,&c.† Solet aũt magistra 12 liter dici,ꝙ si appareat aliam mentem esse, est& reducta in scriptis,tunc licet offendere verba serua ta sententia.Si verò non appareat, tunc non licèt. ff.de lega.3.l.non aliter.& de exerci.l.1.§.si is qui & de test.mil.l.ꝙ cõstitutum.mihi autem videtur, ꝙ cum mens nihil aliud sit quàm ratio quæ legislatorem mouit, tunc verba legis non extendantur nisi ad eum casum ad quem extendatur ratio. ff. de iure patr.l.adigere.§.quamuis.de re milit.l. milites agrum. circa princ.† & videtur ꝙ vbicunque 13 constat

a Adde Bar. in d.l. contra, qui sequitur Dy. hic & Bal. vbi supra. & vide hic Philip. Franc. col. 1. & Abb. Sicul. in consi. 1. colũ. 3. vlt. adduco pulchrũ motiuum. lib. 1. quod elicit ex dictis Cy. in l. non dubium. C. de leg. & Bal. in l. scire. de excusatio. tut. & in l. si quis seruo. C. de fur. & tale ꝙ solum debemus recedere a verbis legis & seruare mentem, vbi mens est expressa. sed etiam vbi mens, seu ratio, non est in lege expressa, dũmodo illa ratio præfinita sit naturaliter, & cõmuniter possit probari per simile, per quam rationẽ ẽt si lex

constat de ratione legis, seu de mente verbis contraria, licet offendere verba mentẽ seruando.[a] ff. qui pet. tut. l. credendum. circa principium. d. l. scire oportet. §. aliud. & ita credendũ est intellexisse Doctores, cùm effectus verborum semper trahantur ad limitationem rationis, & non econtra. ff. de lega. & fideicommiss. secundo. l. cum pater. §. dulcissimis. & de leg. 3. l. nomen. §. vlt. Dyn.

esset, cõtrariũ imaginari põt. vt no. in d. l. scire. §. sufficit. de excus. tut. dicit ibi tex. ex naturali institutione. et latius vide in d. consi. p Abb. Et qd idem sit mens & ratio legis, vide Bar in l. cũ mulier. & ibi Moder. ff. so l. matr. & Alex. in l. forotem. col. 1. C. de his quibus vt indig. Bal. cõsi. 399. col. 2. lib. 1. & in l. Gallus. §. nunc. de leg. in fin. ff. de lib. & posthu. vnde dicit Bal. in l. quãuis. ff. de fideicommiss. per illum tex. ꝙ vbi vna ratio reddi potest, illa habetur pro expressa. & istud voluit Abb. in c. fin. de re iudi. & Bar. in l. maximum. C. de liberis præterit. is. & Abb. in c. secundo requiris. de appel. & Alex. d. consi. 52. col. 4. vers. 5. plus vol. 4. & And. Barb. in repe. rub. de fide instr. col. 9. & seq. Et quando lex ex identitate rationis possit extendi, pulchre Lud. Ro. in repet. auth. simi liter. col. 22. cum seq. C. ad leg. Falcid. Nic. Boerius.

¶ Explicit celebris & solennis Tractatus de regulis iuris, à famosissimo I. V. monarcha domino DYNO de Muxello ęditus. Vnà cum additionibus Do. Nicolai Boerij vtriusque iuris Licent. de Montepessulano oriundi, curiæ Metropolitanæ & primitialis Bituricen. aduocati, deinde magni consilij Regis ordinarij consiliarij, postremò præsidis Senatus Burdegalensis.

Registrum.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.

Omnes sunt quaterniones, præter Y qui est duernio.

V E N E T I I S,
Apud Cominum de Tridino Montisferrati.
M D L X X I I.